DE SANCTIS PATRONIS REGNI ANTIPHONÆ METRICÆ.

Presul ADALBERTE xristique cruoris aperte [1]
testis, solue deo pro grege uota reo.
Vt deuota bono te plebs edocta patrono
omne scelus fugiat atque superna petat.
Tuque sacer domini superis coniuncte cateruis
rex STEPHANE populis auxiliare tuis.
Virginate uirens nobis HENRICE preceris:
peccati ueniam summaque regna poli.
Rexque LADIZLÆ pro nobis omnibus ora,
ut deus etheream nos ferat in patriam.
Ardua spes mundi solidator et inclite celi
xriste: exaudi nos propicius famulos. [2]

[1] E Missali Posoniensi 1341—28., f. CLVIII. in quo fol. CLV—CLXI. cum notis musicis descriptæ leguntur illæ antiphonæ, quæ in processionibus rogationum, triduo quam Dominicæ ascensionibus solennitas agitur, in stationibus cantabantur. — [2] Hæc clausula post singulam antiphonam repetebatur.

ALIUD SUFFRAGIUM METRICUM DE IISDEM SANCTIS.

Martyr ADALBERTE summe uenerandeque presul,[1]
nobis nune famulis auxiliare tuis:
nil sic perspicuum poterit uox clara referre,
ut decet in tali nunc pacis obsequio.
Hic tibi perpetuis resonant concentibus odas,
et precibus sacris semper habetur honor:
cum leti famuli celebrant hec festa benigni
laudibus instantes nocte dieque tuis.

Sancte dei STEPHANE pie rex et apostole noster
inclite HENRICE uirginate sacer:
rexque LADIZLÆ nostre succurrite genti
quo ualeat digna scandere summa poli.

Humili prece et sincera deuocione
ad te clamantes xriste exaudi nos.

[1] Ex eodem Missali Posoniensi 1341—28. F. CLX. v. seq. — [2] In rubro præscribitur post singulas strophas decantatas, ultimos duos versus semper esse iterandos.

IN DIE SANCTO PENTECOSTES.

SEQUENTIA.

Veni spiritus consolator alme,
mentes tuorum paradisiaca possessione
uisita, iacentes egris moribus,
Imple superna gracia terrigenarum pectora.

Qui altissimi donum dei diceris,
Fons perpetuus spiritalis unctio,
Tu promissum omnipotentis munus esse crederis,
Apostolos tu linguis fundasti sanctos igneis.

Lumen redde cordibus uirtute perhenni firmans miseros:
Verum affer amorem muneraque claritatis plurima,
Hostem repelle inuidum, daque frui pace supera:
duce te preuio ualeamus scandere etherea conuexa. [1]

[1] E Missale Posoniensi 1341—28. Hanc et alias quasdam Sequentias, quas in nostris domesticis fontibus reperimus et nondum editas novimus, prætermittere nolulmus.

IN MISSIS BENEDICTÆ VIRGINIS MARIÆ.

SEQUENTIA.

Stabat iuxta xristi crucem: [1]
videns pati veram lucem:
mater regis omnium.

Vidit caput coronatum
spinis: latus perforatum,
vidit mori filium.

Vidit corpus flagellari:
manus pedes perforari:
mitis a crudelibus.

Vidit caput inclinatum:
totum corpus cruentatum:
pastoris pro ouibus.

Vidit potum felle mixtum:
natum suum crucifixum:
gubernantem omnia.

Jesum [2] pati hec flagella:
vidit mater et puella:
vidit et obprobria.

Audit virgo hec dicentem,
natum suum innocentem:
ecce mater filius.

Pati virgo videt natum:
dicentem est consummatum:
et sic transit gladius.

In dolore tunc fuisti:
virgo pia cum vidisti:
mori tuum filium.

Dolor ingens dolor ille:
dicent sancti plus quam mille:
precessit martyrium.

Virgo mitis, virgo pia:
spes sanctorum, vite via:
virgo plena gratia.

Roga natum et implora:
seruis suis sine mora:
nobis dare gaudia.
Amen.

[1] E Missali Zagrabiensi manuscripto 1473—38, et impresso a 1511. fol. CCLXXII. — [2] Impressum: Christum.

IN LAUDEM BEATÆ VIRGINIS.

SEQUENTIA.

Celi quondam rorauerunt:[1]
nubes ex quo concreuerunt:
concreteque stillauerunt:
uirginis in vterum marie.

Res miranda res nouella:
nam precessit sol de stella:
regem dum parit puella:
viri thorum nescia maria.

Virgo[2] clemens et benigna
cunctorum que laude digna:
tuo nato nos consigna:
pia per suffragia.

Ut carnali quo grauamur
compede sic absoluamur:
Ut soluti transferamur:
ad celi palacia.
Amen.

[1] E Missali manuscripto 1467—37. et impresso a. 1511. Zagrabiensi, f. CCLXXIII., quod addit: *sabbato quolibet, quandoque ista.* — [2] Impressum: Ergo.

ALIA SEQUENTIA DE DOMINA NOSTRA VIRGINE MARIA.

Florens Yesse regula:
vera veris primula
salutem nuncians.

Rosa semper vernula:
tota sine macula:
maculas expians.

Uterus virgineus
fons ortorum puteus:
aquarum viventium.

Immo thronus aureus:
in quo rex ethereus
coronavit filium.

Domus aromatica:
quam arte mirifica
fecit summus artifex.

In qua xristus vnica
sumpta carnis tunica:
consecravit pontifex.
Amen. [1]

[1] Reperitur in Missali manuscripto 1495—44., nec non 1467—37. et typis a 1511. vulgato Zagrabiensi: F. CCLXXIII. *In festo autem simplici vel infra octauas solennes.*

OSZK
Országos Széchényi Könyvtár

DE VIRGINE GLORIOSA DEI GENETRICE MARIA PER TEMPUS PASCHALE.

SEQUENTIA. [1]

Gaude mater virgo christi:
que per aurem concepisti
gabriele nuntium [2]

Gaude quia deo plena:
peperisti sine pena:
cum honoris lilio.

Gaude quia tui nati:
quem dolebas mortem pati:
fulget resurrectio.

Gaude xristo ascendente:
et in celum te vidente
motu fertur proprio

Gaude que post ipsum scandis:
et est honor tibi grandis.
in celesti palacio.

Ubi fructus ventris tui:
per te nobis datur frui
in perhenni gaudio alleluia.

[1] E Missali Zagrabiensi manuscripto 1495—44. nec non typis vulgato, in quo f. CCLXXII. a præmittitur sequens rubrica: *In missis benedicte virginis marie ab octauis resurrectionis dominice vsque festum penthecostes diebus festiuis et simplicibus. Sabbatinisque infra octauam ascensionis.* — [2] Impressum: nuncio.

OSZK
Országos Széchényi Könyvtár

ALIA SEQUENTIA DE VIRGINE MARIA.

Te honorant superi:
matrem omnis gratie
maria.
Ad te clamant miseri:
de valle miserie
maria.
Audi voces terge fletus:
nos commenda filio
maria.
Ut nos suo voce tua:
collocet in solio
maria.
Amen. [1]

[1] Ex eodem Missali s. c. manuscripto 1467—37. et impresso Zagrabiensi: *a festo penthecostes inclusive vsque primam dominicam aduentus exclusiue: in festo simplici vel infra octauas solennes feria quarta* ut habet rubrica. f. CCLXXIII. v.

ALIA SEQUENTIA DE VIRGINE GLORIOSA.

Salutis exordium:
radix salutaris
in salutem gencium:
orta stella maris.

Lylium convallium
virgo singularis
deitatis filium
ex te expers paris

Aue rosa speciosa:
tu flos campi:
tu formosa:
yesse virga nobilis.

Gaude virgo
celi porta:
per te mundo
lux est orta:
mater laudabilis.

Salue dulcis memoria:
fons vite
vena venie:
celi regis cella.

Salue stellato
solio nato
cum dei filio:
mater et puella.

Dulcis mitis et regina:
duc nos saluos a ruina:
per tot mundi crimina:

Transffer tecum ut ualeamus
et cum nato gaudeamus
super celos o maria.
Amen.

[1] Ex eodem Missali manuscripto 1467—37. et impresso 1511. Zagrabiensi l. c.: *feria sexta qualibet pro eodem tempore vt supra.* Versus contra rhythmi leges sunt compositi.

DE SANCTO MICHAELE ARCHANGELO SEQUENTIA.

Decantemus congaudentes,
preciosam recolentes,
angelorum gloriam.

Qui uirtute caritatis,
intuentur trinitatis,
unicam substanciam.

Supra omnem creaturam,
auctor fecit hanc naturam,
rerum ab exordio.

Legislator ut narrauit
hij sunt celi, quos creauit
deus in principio.

Hij ministrant deitati
astant trine unitati
famulantes iugiter.

Pias laudes depromentes
omnes deo concinnentes
sanctus sanctus pariter.

Inter quorum primos primus
est ad celos, per quem imus,
michael archangelus.

Per quem ab egypto motus
ad promissam terram totus
pergit dei populus.

Tu in templo sancto dei
sub figura sacre rei
iuxta aram cerneris.

Stans incensum habet multum,
uapor cuius it ad cultum
are noui federis.

Sed ut tecta detegantur
et in lucem producantur
hec sacra mysteria.

Templum sacrum plebs est xristi,
ara iuxta quam stetisti
cordis consciencia.

Aurum in quo sunt incensa,
mens est prudens et succensa
per diuinum spiritum.

Scandens fumus incensorum
pie preces sunt iustorum,
quas fers ante dominum.

Sternis anguem, cuius ore
rapis predam, sic honore
insignitus gemino.

Plebem xristi cor et sensum,
templum aram et incensum,
offers coram domino.

Ergo signifer polorum,
pie princeps angelorum,
duc ad celi gaudia.

Nos deuote celebrantes
tuas laudes et sperantes
tua patrocinia. [1]

E missali manuscripto bibliothecæ Capituli Posoniensis 1341—28.

OSZK
Országos Széchényi Könyvtár

CANTIONES SACRAE

DE TEMPORE, FESTIS ET SANCTIS

IN

ECCLESIIS HUNGARIAE

USU RECEPTAE

SECUNDUM ANNI ORDINEM DISTRIBUTAE.

OSZK
Országos Széchényi Könyvtár

OSZK
Országos Széchényi Könyvtár

TROPI.

SIVE PROSULÆ IN MISSARUM SOLEMNIIS FREQUENTATÆ. [1]

KYRIALE.

IN ADUENTU DOMINI.

Kyrie [2] Sanctorum lumen illustrator: cœli lumen. Eleison.

Christe, Genitor coronatorque Mariæ. Eleison.

Kyrie, ora pro nobis Virgo Maria in cœlesti Hyerarchia. Eleison.

DE EODEM ADUENTU DOMINI.

Kyrie [3] Patris Unigenite, Emmanuel Gygas, Christe conceptus de Flamine, Deus et homo natus fortis, miserere nobis eleison.

Kyrie ora pro nobis de Virgine, Christe eeleison Virgo Maria in cœlesti Hyerarchia elejson.

PRO NATIVITATE. [4]

Deus pater de cœlis, miserere miseris:
quos de limo creasti, similes tibi formasti,
miseris in terris, succurre nobis, succurre nobis.

Jesu Christe Salvator, sis pius miserator,
quos cruce redemisti, dum mortem pertulisti,
miseris in terris, succure nobis.

Vivificans Spiritus da virtutem cœlitus,
absque tuo Numine, nihil est in homine
miseris infirmis, succurre nobis, succurre nobis. Amen.

IN PASCHATE. [5]

Kyrie, Surrexit Christus a morte. Eleison.
Christe, sis nobis dux Vitæ, resurgens a morte. Eleison.
Kyrie, Qui Natum ostendisti gratum Mariæ. Eleison.

IN ASCENSIONE DOMINI. [6]

Kyrie, qui ascendisti ad Cœlos hodie, ad dextram
Patris residens. Eleison.
Christe solio de excelso respice:
Jesu Christe miserere nobis:
Tuos famulos, qui deuote colunt ascendentem:
mundo corde, puraque mente. Eleison.

Kyrie, qui surrexisti et ad cœlos ascendisti:
tu nostras sucipe preces, ad te pie clamantes. Eleison.

IN PENTECOSTE. [7]

Kyrie, fons bonitatis Pater ingenite:
a quo bona cuncta procedunt. Eleison.

Christe, Unice Dei Patris genite,
Jesu Christe miserere nobis.
Quem de Virgine nasciturum Mundo mirifice,
Sancti prædixerunt Prophetæ. Eleison.

Kyrie, Ignis divine pectora nostra succende,
ut digne pariter te laudare possimus semper. Eleison.

IN SOLEMNITATE CORPORIS CHRISTI. [8]

Kyrie, Jesu Christe, Corpus tuum tradidisti
per quod mundum redemisti, salvasti. Eleison.
Christe panis vitæ, rex cœlice, Mundi salus et vita.
Eleison.
Kyrie, caro Christi, Panis Sancte et medice, per quod
mundum redemisti, salvasti. Eleison.

IN FESTO OMNIUM SANCTORUM. [9]

Kyrie, Festum hodie omnium Sanctorum: Veneremur
solemnizantes. Eleison.
Christe, Diem hunc nobis gratum tribue, Jesu Christe
miserere nobis.
Cuius decoris laudes canamus hodie: grates tuæ piæ
clementiæ. Eleison.

Kyrie, Jesu benigne, Sanctorum Rex Angelorum,
Omnium Sanctorum.
In aduentu sis propitius. Eleison.

DE BEATA MARIA SEMPER VIRGINE. [10]

Kyrie, Virginitatis amator inclyte:
Factor et Creator Mariæ Eleison.

Christe, Agie, Gigas fortis germine,
Jesu Christe miserere nobis:
Qui pro homine, homo sine virili semine,
prodiisti de ventre Mariæ. Eleison.

Kyrie, qui incarnatus, de Mariæ ventre natus:
sub nostra specie, corpus elegisti Mariæ. Eleyson.

PRO MISSA SOLEMNI. [11]

Kyrie Deus creator, hominis pie plasmator,
creaturæ quaæso tuæ, miserere elejzon.
Christe homo, iste, quem redemisti,
ne pereat, miserere. Eleizon.
Kyrie sancte Deus, Patris et Filii Flamen:
quos vivificas iuvamen his præbe salutis. Amen.

PRO DOMINICIS PER ANNUM. [12]

Kyrie, Kyrie eleizon, Deus Pater de cœlis,
miserere miseris, qui peregrinantur in terris.
Jesu Christe salvator, sis pius miserator orbis,
miserere nobis.

DE MISSA COMMUNI. [13]

Kyrie, Magne Deus potentiæ,
liberator hominis transgressoris mandati. Eleison.
Christe Geniteque culpas Adæ,
qui venisti solvere. Eleison.
Kyrie, cuius natus Emmanuel restauravit:
quod Adam primus homo perdidit. Eleison. [14]

GLORIA DE BEATA. [15]

Domine fili vnigenite iesu xriste.
Spiritus et alme orphanorum paraclite.
Domine deus agnus dei filius patris.
Primogenitus Marie virginis matris.
Qui tollis peccata mundi miserere nobis.
Qui tollis peccata mundi suscipe

deprecacionem nostram.
Ad Marie gloriam.
Qui sedes ad dexteram patris miserere nobis.
Quoniam tu solus sanctus Mariam sanctificans.
Tu solus dominus Mariam gubernans.
Tu solus altissimus Mariam coronans.
Jesu xriste cum sancto spiritu in gloria
dei patris amen.

SANCTUS IN NATALI DOMINI.

Sanctus a quo sunt omnia,
cuius omnipotencia potest impossibilia.

Sanctus. Per quem sunt omnia, cuius mira gracia
a prope uidet humilia.

Sanctus. In quo sunt omnia,
cuius sapiencia excedit consilia.
Dominus deus Sabaoth.

Sanctus. Deus pater, cuius presencia
bona ministrat omnia.

Sanctus. Verbum patris perhenne, gaudium
mundi, salus uita fidelium.

Sanctus. Deo patri laudes, filio cum spiritu
reddat hæc concio.

Domine deus sabaoth. Pleni sunt celi etc. [16]
Alleluja. Dies sanctificatus illuxit nobis,
uenite gentes et adorate dominum,

quia hodie descendit lux magna super terram.
Gloria in excelsis deo.

‚ITE MISSA EST' LATINE ET HUNGARICE.

Ite, ite benedicti in viam pacis, Christus
Patri, hostia vera pro vobis missa est.

Deo qui est Alpha et O., Uni trino, sempiterno:
Omnes chori Redemptori dicamus gratias.

Mennyetek el ô áldottak A' békességnek úttyára,
Kristus való Szent áldozat Értetek menyben küldetet.

Megváltónak, és Attyának, ki a' kezdet és a' vége,
Szent Lélekkel egy Istenségnek, Nagy hálá örökké
légyen. Amen. [17]

[1] Iuuat syllogen troporum sive prosularum, in Missarum solemniis frequentatarum, quæ singulares sunt, sed in nostris fontibus domesticis rarissime inveniuntur concinnare. Cf. p. 17. s. — [2] Kajoni, Cantionale catholicum. Csik-Somlyó. 1676. p. 1. V. p. 67. s. — [3] Náray, Lyra Cœlestis. Tyrnaviæ 1695. p. 15. Cf. p. 71. — [4] Náray, Lyra Cœlestis p. 24. Adnotam: 'Dum Virgo vagientem'. — [5] Kajoni, Cantionale catholicum p. 234. In ed. Balas A. 1719. p. 180. — [6] Kajoni, Cantionale catholicum p. 256. Nota 'Fons bonitatis'. — [7] Kajoni, Cantionale Catholicum p. 263. — [8] Kajoni, Cantionale catholicum p. 277. — [9] Kajoni, Cantionale catholicum p. 449. — [10] Kajoni, Cantionale catholicum p. 350. In ed. Balas p. 285. hanc præsefert inscriptionem: In solemnitatibus Beatæ Virginis. Similis tropus una cum melodia legitur apud A. Reiners, Unbekannte Tropengesänge. Luxemburg. 1887. p. 16. — [11] Náray, Lyra cœlestis, p. 87. addita observatione: Ad notam 'Kyrie magne Deus'. — [12] Náray, Lyra cœlestis, p. 95. — [13] Kajoni, Cantionale catholicum, p. 507. Habetur in eodem p. 650. seq. inter Cantus Funebres Introitus Missæ pro defunctis usque ad Kyrie eleison. — [14] Meminisse juvat in Missali Posoniensi 1341—28. reperiri ad tonos musicorum, sine textu, adpositis solummodo pri-

mis vocibus, descripta: *Kyrie. Cunctipotens genitor; Lux et origo; Orbis factor; O Pater excelse et Pater cuncta.* In Cantionali manuscripto Fr. J. Kajoni 1650. cum cottis inveniuntur *Kyrie:* Magne Deus; Fons pietatis; Paschale; feriale in Pascha; Dominicale in æstate; cunctipotens; de Apostolis; de Angelis seu Kápolna; de uno Martyre; Baxa seu de Martyribus; de Virginibus; de Confessoribus; de s. Cruce; in Adventu et Quadragesima. Restat hic ut silentio haud prætereamus: inter codices bibliothecæ studii Cracoviensis esse librum choralem [Inv. 126. 2.] sive graduale Sæc. XV., in quo habetur hoc rubro distinctum Kyrie: Sequitur *vngaricum Kyrieeleison.* — [15] E præambulis 'Gloria' quorum apud Reiners l. c. p. 51. supra sexaginta reperiuntur, in nostris fontibus pauca occurrunt. Quod autem hic typis descripsimus, hausimus e Missali Sæc. XV. exeunt. XV—49. Idem ad literam continetur in codice mss. 1459—36. — [16] E Missali Posoniensi 1341—28. Reperitur apud Kajonium nostrum p. 510. *'Gloria in excelsis Deo. et in terra pax sit credentibus* etc.' item leguntur p. 5. pro Aduentu Domini duæ prosulæ super Sanctus: *'Omnes unanimiter mundi nationes: dicite svaviter juvenes et senes'* Item: *'Resonemus pariter cum tripudiali, voces tonent per nubila, Christo jam venienti';* quæ cum magis hymni quam tropi rationem præseferant, typis haud describenda esse duximus. — [17] Náray, Lyra cœlestis, l. c. p. 94. 95.

IN ADVENTU DOMINI.

Mittitur ad Virginem Dei fortitudo,
Archangelus Gabriel, summo qui de Cœlo
Lapsum primi hominis restauraret Mundo,
Qui deceptus ab hoste, tenebatur Lymbo.

Ave, inquit Angelus, Virgo benedicta,
Est nam tecum Dominus, gratia tu plena,
Quo audito turbatur, Virginum Regina,
Confortatur ab illo, ut esset secura.

A Sancto nam flamine eris conceptura,
Regem Regum Dominum Deum paritura,
Statim se humiliavit Domini ancilla,
Fiat mihi, inquit hoc secundum prædicta.

Gloria sit æterno atque Patri summo,
Nec non ejus filio Jesu perbenigno,
Simul et Consolatori Spiritui Sancto,
Trino simul, ac uni altissimo Deo. Amen. [1]

[1] Kajoni, Cant. cath. p. 15. Apud eundem leguntur insuper de Adventu Domini hymni: P. 19. *Missus est Archangelus ad Virginem ire,* ut salutaret eam. Ave dicens mire. Quæ refringeret vires iam potestatis diræ. P. 27. *O aurora lucidissima,* mater Christi Virgo pia, subveni nobis Maria.

CONCEPTIO IMMACULATA BEATÆ VIRGINIS MARIÆ.

I.

Salve mundi Domina Cœlorum Regina,
Salve Virgo Virginum stella matutina:
Salve plena gratia clara lux divina,
Mundi in auxilium Domina festina.

Ab æterno Dominus te praeordinavit,
Matrem Unigeniti verbi quo creavit:
Terram, ponthum, æthera, te pulchram ornavit,
Sibi Sponsam, Adamus in qua non peccavit.

Salve Virgo sapiens, domus Deo grata,
Columna septemplici mensaque ornata:
Ab omni contagio Mundi præservata,
Ante Sancta in utero parentis, quam nata.

Tu Mater viventium, et porta Sanctorum,
Nova Stella Jacob Domina Angelorum:
Zabulo terribilis, acies Castrorum,
Portus et refugium sis Christianorum.

II.

Salve arca fœderis, Thronus Salomonis,
Arcus pulcher ætheris, rubus visionis:
Virgo frondens germinis vellus Gedeonis,
Porta clausa Numinis, favusque Samsonis.

Decebat tam Nobilem Natum præcavere,
Ab originalica labe Matris Evæ,
Almam: quam elegerat Genitricem vere,
Nulli penitus sinens culpæ subjacere.

Salve Virgo puerpera, Templum Trinitatis.
Angelorum gaudium cella puritatis:
Solamen mœrentium, hortus voluptatis,
Palma patientiæ, Cedrus castitatis.

Terra es benedicta Sacrdotalis,
Sancta et immunis culpæ originalis:
Civitas Altissimi, porta Orientalis,
In te omnis gratia Virgo singularis.

III.

Salve Urbs refugii, turrisque munita,
David propugnaculis armis insignita:
In Conceptione charitate ignita,
Draconis nam potestas est a te contrita.

O mulierum fortis et invicta Judith,
Pulchra Abisai Virgo, verum fovens David
Rachel ut curatorem Aegypti gestavit,
Salvatorem sic Mundi Maria portavit,

Salve horologium quo regradiatur,
Sol in decem lineis, verbum incarnatur:
Homo ut ab inferis ad summa tollatur,
Immensus ab Angelis paulo minoratur.

Solis hujus radiis Maria coruscat,
Consurgensque aurora in conceptu micat:
Lilium inter spinas quæ serpentis terat,
Caput, pulchra ut Luna, errantes collustrat.

IV.

Salve Virgo perflorens, Mater illibata,
Regina clementiæ stellis coronata:
Supra omnes Angelos pura immaculata,
Atque ad Regis dextram stans veste aurata.

Per te Mater gratiæ, dulcis spes reorum,
Fulgensque Stella maris, portus naufragorum:
Patens Cœli Janua, salus infirmorum,
Videamus fac Regem in Aula Sanctorum. Amen. [1]

[1] Kajoni, Cant. cath. p. 420. s. Nota: Küldeték Szüz Szent Leányhoz. Alius brevior de Eadem Deipara sine macula originali concepta habetur p. 420.: ‚STELLA JACOB, Maria nascitur, cuius ortu mundus hic pascitur, Anna matre Flos oritur, cuius odore serpens moritur'.

IN NATIVITATE DOMINI. [1]

Coelô rores pluunt flores,
et terras inebriant;
Dulce melos implet Cœlos,
Angeli conjubilant.

Rident sata, virent prata,
Nato Regi parvulo;
Gaudent montes, saltant fontes,
magno mundi Domino.

Mater plorat cum adorat
Deum factum Hominem,
Natus ridet, quando videt
Charam Matrem Virginem.

Vitant caulam petunt Aulam
Regis nati Cœlicam,
En pastores sunt cantores,
Jesu cantant Ecclogam.

Ridet fœnum inamœnum:
Et ridet præsepium,
Sic innectens, sic amplectens
Universi Dominum.

En adstantes animantes
fuso fovent spiritu,
Admirantes, salutantes
Parvulum cum gemitu.

Cum nivalis hyemalis
casam inflat Boreas,
En tenella mollicella
membra tremunt choreas.

Crassô filô ruptô linô
Virgo ligat parvulum,
Et algentem et trementem
Mater fovet Filium.

Nostrum pectus Christo lectus,
et sit cor Præsepium,
Deo plenum caro fœnum,
Et sit pectus Stabulum. Amen. [2]

[1] Kajoni, Cantionale catholicum p. 81. Nota: O Istennek Szent-Anya. vel omni dic die Mariæ. In ed. Balás habetur varians lectio: *agunt* choreas p. 70. — [2] Iste hymnus de Natiuitate Domini legitur apud eundem collectorem p. 80. stropha attamen secunda ita composita: Cœlum plaudit, tellus audit, quam est svavis musica! Angelorum turba gaudet, Nato Deo concinit; hanc excipiunt aliæ quatuor diversæ strophæ. Cetera paucis illis adnumerandus est, qui in Cant. cath. Kisdi 1651. reperiuntur coll. p. 263. Porro apud eundem editorem Kajoni magno numero habentur cantiones natalitiæ, quantum nobis constat anecdotæ, quarum initia h. l. describenda esse duximus: Sic p. 46. *Beata immaculata,* Virgo puerpera. Quam pura es creatura, tam digna viscera. R. Concipere in ubere, lumen Paternæ gloriæ. P. 87. *Cor tibi Jesu offerro,* o cordis sponsule, et tota mente dedico, mi suavis parvule. R. Amore tui ardeat, totumque in te transeat, o mi beate pupule, pulchelle Jesule. F. 72. *Dormi mea gratia,* dormi mea Rosa Bellula, tenellula, gemma pretiosa. P. 78. *Dulci collo pendens pondus,* ludit inter basia: Onus leve cui mundus,

Matre ridet socia. P. 48. *Dulcis Jesu, dulce nomen,* dulcis Dei Genitrix, dulce cœlum, dulce solum, dulce matris gaudium. R. Dulcis natus nobis datus, dulcis Dei Filius, Dulcis chorus, dulcis thorus et præsepium. P. 91. *Eia mea anima,* Betlehem eamus, virtute magnanima puerum quæramus. P. 85. *Exultet et laetetur,* totusque iucundetur, Mundus, tuo natali, o Jesule mi, o pupule mi. P. 79. *Gratulare Virgo singulari privilegio,* Jucundare sacro decorari puerperio. Quæ mirante natura, genuisti pura. Salutiferum mundo parvulum. P. 90. *Jam divini succensum amoris* ignem sentis: O! Divine Puer, ne des finem huic incendio. P. 49. *Infinitae bonitatis, Et immensae charitatis,* Scenam recludit præsepium. Hic ignis friget, hic amor riget, hic Deus iacet, hic verbum tacet, hic immortalis nascitur mortalis. P. 93. *Laetare Virgo Israel,* quâ natus est Emmanuel. Quæ eras ante filia, nunc Matris habes gaudia. P. 37. *Magnum nomen Domini Emmanuel,* quod annuntiatum est per Gabriel. Hodie apparuit. P. 82. *O Angeli, cito accurrite,* Regique syderum applaudite: Puellulo concinnite, Gementi dulce melos fundite. P. 61. *O aestuantis animae* dulce delicium, o naufragi sub pectore cordis refugium. Lacrimantis suspirium, suspirantis solatium, Tuo ore nutantium, medela cordium. P. 92. *O gratiose Jesule,* duro cubas in stramine, amor cares amoribus, vitam necas doloribus, o Jesule gratiose. P. 63. *O Jesule mi floscule,* o mei pectoris animule, Quis hominum tam rigidum tibi, Pupule stravit lectulum? P. 81. *O Jesule! dulcedo cordium,* Cupido mentium, tenellule. O! unicum bellissimæ formæ compendium Puellule. P. 78. *O mi dulcis Jesule,* Pusio venuste, Virginis puerperæ. Svavianda proles, Quo dolore bellulus, Vulculus madescit. Aureis, que lacrymis gemmulant ocelli. P. 79. *O mi dulcis Jesule Sponsule decore,* Ubi es? ah ubi es? langueo amore. Quis te fovet lectulus, lectulus plumatus? Quæ te fovent cunulæ beatæ? P. 88. *O! Mi pulcher floscule,* Dulcis Jesu, Basiande Parvule, Svavis Jesu; Unde tibi lectulus Hic tam durus? merus paliurus. P. 64. *O Puer dilectissime,* tu moves pectora; o Jesule chare, ut Sydera clare, O parvule Nate, plus millies grate, Tu moves pectora, Tu moves pectora. P. 60. *Panditur Coeli atrium,* Alleluja, Mittitur medius trium Mundo. Alleluja. Volens hic Cœlos relinquit, Alleluja, Salvus homo ut sit, inquit Veni. Alleluja. P. 93. *Puellulus nobis natus est,* ex Virgine Maria. Per quem mundus salvatus est. Canamus Alleluja, canamus Alleluja. P. 77. *Quis te tenet in conclavi castitatis abditum?* Tot jam annis exspectavi ante sæcla conditum. Redde pignus quod tulisti Virgo, manens integra; Satis alvo nutrivisti Matris, dones ubera. P. 73. *Redemptor Orbis natus est,* Maria Virgo Mater est. O perbeatum nuncium, o dulce cordis gaudium. — Demum p. 68—71. leguntur sexdecim rotulæ pro Nativitate Domini nostri Jesu Christi, quæ sequenti

modo inchoantur : *Resonet in laudibus. — Salve Jesu parvule. — Nascente Christo Domino. — Angelus pastoribus. — Omnis mundus jucundetur. — Coelum gaude, terra plaude. — Puer nobis nascitur de pura Virgine. — Collaudemus Christum Regem. — Psallite unigenito Christo Dei filio. — Angelus ad Pastores ait. — Venit lux in mundum. — Promit vox Angelica. — Psallite senes, psallite iuvenes. — Verbum caro terris degit. — Quem pastores laudavere. — Largum vesper, Rex Gloriae, da nobis hodie.*

DE NATIVITATE CHRISTI.

CANTIO PASTORICIA.

I.

Plaudite, collætamini, [1]
læti dum ad nos Angeli,
venerunt; hæc magnalia,
pastores admiramini. Alleluia.

In Betlehem properemus,
natum regem salutemus,
Redemptor orbis natus est:
hæc gaudia nunciemus. Alleluia.

Praesentes, nato,
parvula offeremus munuscula,
solabimur melodia,
plaudentes dulci fistula. Alleluia.

Mundus lætetur, exultet,
Deum laude concelebret,
populus omnis jubilet,
rex, pastor, cantilet. Alleluia.

II.

Vagit infans, intra arcta,
constrictus præsepia: Pro humana sorte natus,
in summa miseria,
Pro nostra salute natus,
Deus verus homo factus, uuuuuuuus uuuuuuuus,

Jesus Mariæ filius,
Alleluja alleluja Alle alleluja,
all allehehe hehehehehehehe Alle Alle Alleluja,
Ha ha ha ha ha Alleluja
Alle Alleluja, alle alleluja, Alle Alleluja. [2]

Bos et asinus recognoscunt, Creatorem Dominum,
Ac spirando blande fovent frigidum præsepium,
o tu duri cordis homo
Salvatorem cur per scelus, expellis de tua domo?
oooo oooo oooo Expellis de tua domo Alle Alle.

Vigilantibus de nocte, Pro grege et ovibus,
Angeli comparent læti, in campo pastoribus,
qui præsepio cubantem, recreant sic dulci plausu,
de cœlo datum Infantem
eeeeeeem eeeeeeeem. De cœlo datum Infantem. Alle Alle.

Surge quoque tu mi homo, de peccati somnio,
mundi Salus, Jesus venit de cœlesti solio,
puro corde ipsum ama, mundum sperne,
pro salute: unice Jesum inclama
aaaa aaaa aa aa aa uni Jesum inclama. Alle Alle. [3]

[1] Náray, Lyra cœlestis, p. 31. ‚Eadem Cantio latinè ad Notam eandem' vid. Örüllyetek, p. 330. — [2] Náray, l. c. p. 54. s. ‚Sequens Cantus,

inquit auctor, non poterat suo proprio loco apponi propter defectum notarum, adeoque spectat ad Cantionales Natales supra iam habitas'. Harum secunda legitur p. 32. seq. ‚*Haec quae facis ô mi Deus!* quam sunt mirabilia. Ut Salvatus homo reus tendat ad sublimia. Aaaa deseris Aetherea Aaa, Venis ad Virginea, Casta pura viscera. Homo factus, reclinatus vili in præsepio, pio pio pio et vili præsepio. Eeeee dormi ô mi parvule. Eeeemelite infantule'. — [3] Reperiuntur in Lyra cœlesti Nárayi inter cantiones latinas, sequentes quæ alibi frustra quæruntur: P. 46. De contemptu mundi: *In me luctatur animus, premor dolore, Mens cum adverso sensuum certat amore.* P. 49. Alia de eodem: *Vale mundus, lusum satis, fides debent frangi, in servivi tibi satis.* P. 50. De amore Dei erga hominem et vicissim hominis erga Deum: *Homo quod sit, noscat, amet, est beatus, hoc fine a summo Numine est creatus.* P. 72. Cantio animæ devotæ, in persona Mariæ Magdalenæ Christum suspirantis et inquirentis: *Magdalena mortuo Jesu et sepulto, mane dum non reperit ipsum in sepulchro.* P. 163. *Virgo gaude omni laude digna et praeconio: quae damnatis libertatis facta es occasio.*

OSZK
Országos Széchényi Könyvtár

DE NATIVITATE DOMINI.
HYMNUS LINGUA LATINA ET VERNACULA HUNGARICA COMPOSITUS. [1]

In dulci jubilo, Zengjen víg ének-szó,
Mi megváltónk nyugszik in præsepio,
és fénlik mint a fényes nap, Matris in gremio,
Alpha est et O., Alpha est et O.

O Jesu parvule, ó kisded gyermecske,
Szivünket vigasztallyad, o puer optime.
Minden te javaiddal, o Princeps gloriæ,
Trahe nos post te, Trahe nos post Te.

Ubi sunt gaudia, A' mennyei hajlékba,
Nagy örömmel éneklik, nova cantica,
Mind a mennyei Karok, in Regis curia,
Eja gloria! eja gloria!

Mater et Filia, A szép szüz Maria,
Mi mind el-vesztünk volna, per nostra crimina,
De ő nékünk meg-nyerte, Cœlorum gaudia,
Eja qualia! eja qualia!

[1] Kajoni, Cantionale catholicum. 1676. p. 47. Hæc cantio mixta e paucis illis huius generis est, quæ in Cantionali Kisdiano leguntur cum notis musicis p. 30.

DE NATIVITATE CHRISTI.
CARMEN PASTORICIUM LINGUA VERNACULA.

Örüllyetek, vigadgyatok, Es nagy dolgon csudályatok. Mert fényes égbül, Angyalok, Hozánk jöttek ô pásztorok. Alle, Alle, Alleluja. Alle, Alle, Alleluja. Alle, Alle, Alleluja. Alle, Alle, Alleluja.

Dicsőség, igy éneklének, Az magosságban Istennek: És békesség földieknek, Jó akaratú Embereknek. Alle.

Menybül le szállot fényesség, környül vött vala dicsősség, Minnyájan hogy elijedénk Szörnyű dolgon megfélemlénk. Alle.

Angyal monda: ne féllyetek, Im nagy örömet hirdetek, Melly lészen minden népeknek, Jer mindnyájan örüllyetek. Alle.

Mert néktek ma el-küldetett, A' ki régen igirtetet, Üdvözitő Betlehemben, Ur Krisztus ma születtetett. Alle.

És ez tinéktek, a' jele, Találtok jászolban fekve, Polyában kisded gyermecskét, Ki Jésusnak nevezteték. Alle.

Jertek tehát, és siessünk, Látván Messiást hirdessünk, Illy új, nagy, Szent dolgot mindgyárt; örülyön az egész világ. Alle.

Imádgyuk ötet méltó okkal, Tisztellyük ajándékokkal, Vigasztalyuk ének szóval, Nótákot fujjúnk sipokkal. Alle, alle. Amen. [1]

[1] Náray, Lyra cœlestis, p. 30. 1.

ALIUD CARMEN DE EADEM LINGUA VERNACULA.

Kisded gyermek siránkozik fekve szoros jászolban, a barmok közt születteték, nyomorúlt istállóban, Az emberért lőn világra, mi testünket vőn magára, örök Istennek Szent Fia, aaaa, aaaa, aaaa, a, aaa, örök Istennek Szent Fia; Alle alle.

Ökör, szamár meg ösméré teremtőjét és Urát, Lehelléssel melegitik jászol hideg nyoszolyát, ô te kemény ember, szive, mért nem akarsz Meg-váltodat, ösmérni és lenni hive, eeee, eeee, eeee, eeee ösmérni és lenni hive. Alle alle.

Az angyalok pásztoroknak, örömmel meg jelenték, Hogy világ Üdvözitője Betlehemben születék, Kik sietvén oda menni hogy tisztelnék az Úr Jézust, Igy kezdenek énekelni, iiii iiii i, iiii i, igy kezdének énekelni. Alle alle.

Serkeny fel te-is ô ember a' büneid álmából, Im, a' Jesus te megVáltód jött Égi magasságból, Szived csak őtet ohajcsa, Hogy üdvözüly, e' világhoz igen nagy közit ne tarcsa aaaa, aaaa, a, a, aa, a, a, aa. igen nagy közit ne tarcsa. Alle alle. [1]

[1] Náray, Lyra cœlestis, p. 56.

IN CIRCUMCISIONE D. N. J. C.

Puer circumciditur, Dulcis Jesus:
Cui Nomen imponitur, Svavis Jesus.
O! medela vulnerum, Dulce Nomen; Pietatis Omen.

Dans cruorem tenerum, Dulcis Jesus,
Meum levas humerum, Svavis Jesu.
Nefas circumcidere dein' ullum, post dulcem Puellum.

Culter ille saxeus, Dulcis Jesu,
Per Te totus lacteus, Svavis Jesu:
Nos jam nequit lædere, hebes factus;
ad Petram confractus.

Dulce Nomen meruit, Dulcis Jesus,
Qui se dulcem præbuit, Svavis Jesus:
Dum Legis aspredinem mollefecit;
Jugum svave jecit.

Legem priscam dum necas, Dulcis Jesu;
Novum Annum revocas, Svavis Jesu;
O beata novitas gregis Christi!
privans Lege tristi.

Foelix Novus Annus hic, Dulcis Jesu;
Per te nobis currat sic, Svavis Jesu!

Si cum Tuo nomine consentimus;
Tecum Jesu simus. Amen. [1]

[1] Kajoni, Cant. cath. p. 104. P. 95. pro ‚novo anno' exhibetur carmen: *Puer natus in Betlehem:* Unde gaudet Jerusalem. Lætemur in Domino, in hoc novo anno. Primum comma legitur apud Daniel, thes. hymn. I, 323. sed sequentes versus ex integro a nostris differunt. Hymnus præmissus l. c. p. 104. habetur, cum admonitione cantandum esse iuxta notam: ‚O mi pulcher floscule'.

OSZK
Országos Széchényi Könyvtár

IN DIE EPIPHANIÆ DOMINI.

O Præclara lucidaque Stella hodie exorta,
Splendor cujus Mundi hujus oras penetravit,
Tenebrasque universas procul abdicavit.

De longinquis hi tres Magi terris adsunt Zelo cordis,
Tria dona Deo grata secum deferentes,
Orbis terræ Sanctum Regem, pie requirentes,

Postquam ergo iter acceperunt, Betlehem intrarunt:
Stella, casa demonstrata, stat: ubi Maria
Prole sancta vigilabat, Mundum redemptura.

Simul una in domum intrarunt, pie salutarunt,
Ac infantem verum esse Deum agnovere,
Hominemque hunc Mundo mori credidere.

Auro puro Christum venerantur, Regemque fatentur,
Thure sancto tanquam Deo gratificabantur,
Hominique morituro Myrrha donabatur.

Per aliam viam rediere, Angelo jubente,
Ut Herodes ira fervens sic illuderetur,
Regisque jam recens nati oblivisceretur.

Haec nunc vobis pro exemplo damus, vosque informamus,
Trium horum sequamini vestigia Regum,
Hominem ac Christum verum adorantes Deum. Amen.[1

[1] Kajoni, Cantionale catholicum p. 107.

OSZK
Országos Széchényi Könyvtár

IN FESTO S. S. NOMINIS JESU.

Vis tibi dicam Jesu mi?
Mei amorem animi?
Quo accensus incalescit, inardescit.
Quidquid amabile Mundus dat,
Cor Jesu minus æstimat.

Terra thesauris allicit,
Flores spirantes exerit,
Monstrat flores, monstrat frondes, Urbes, montes.
Quidquid amabile Terra dat,
Cor Jesu minus æstimat.

Mare corallum jactitat,
Se diligendum prædicat,
Uniones et Syrenes, fontes omnes.
Quidquid amabile Mare dat, Cor Jesu etc.

Flabilis Aura sibilat:
Aves in me circumvolant,
Quidquid vivit, per me spirat, et se gyrat.
Quidquid amabile aura dat, Cor Jesu etc.

Ignis ad hæc ingreditur,
Is ita cor alloquitur:
Suum vitalem dans ardorem,
Quidquid amabile Ignis dat, Cor Jesu etc.

Caro venatur sensibus,
Sensus adhæret dapibus,
Inescatur, impinquatur, dilatatur.
Quidquid amabile Caro dat,
Cor Jesu minus æstimat.

Doemon irrepit callidus,
Allicit cor honoribus,
Ponit fraudes inter laudes, cantus, saltus.
Quidquid amabile Doemon dat, Cor Jesu etc.

Adde mundorum millia,
Mille millena gaudia
Cordis æstum non explebunt, non arcebunt.
Quidquid amabile Totum dat,
Cor Jesu minus æstimat. Amen. [1]

[1] Kajoni, Cantionale catholicum p. 292. cui hymno præmittitur sequens epigraphe: ‚Affectus in Jesum super omnia amabilem. Per contemptum quatuor Elementorum'.

ALIUS HYMNUS AD JESUM.

Veni Jesu, veni amor,
Ad te tendit mentis clamor
Exspectatus Orbi datus.
Veni Sol illabere.

Tu es Cœli Jesu lumen,
Veni charum, veni Numen:
Exardesce, illucesce,
Veni Jesu propera.

Sine te est nulla quies,
Tristis in tenebris dies:
Suspiramus exspectamus,
Veni Sol illabere.

O affulge nostra vita,
Tota spes est in te sita
Recreari, animari,
Per te volunt pectora.

Ecce tibi pando sinum,
Veni decus o Divinum:
Date cito, cito date,
Dulce pondus sidera.

Veni ergo exspectatus,
Jesu sol Mundo donatus:
Veni cito ad me vita,
Veni, curre, propera. Amen. [1]

[1] Kajoni, Cantionale catholicum p. 646. — Idem Cantionale Kajonianum continet porro sequentes hymnos de Sanctissimo Nomine Jesu: P. 293. *Ego amo te et tu amas me,* o dulcissime Seraphim rex, salus hominum, vita et spes. Eadem p. *Gaudete dulces lacrymae,* cesset dolor, o Jesus plenus gratiæ, crescit amor. R. Amor Jesu. P. 295. *Jesu cordis gaudium,* salve Jesu, pectoris incendium, salve Jesu. Animæ præsidium, Salve Jesu, Salve bone Jesu. P. 377. *Jesu Salvator, Mundi amator,* Tu es florum flos, o Jesu pie, Fili Mariæ Eja audi nos. Idem carmen cum aliquibus variantibus legitur p. 291.

OSZK
Országos Széchényi Könyvtár

DE PURIFICATIONE BEATÆ VIRGINIS MARIÆ.

Maria in Urbem vadit,
Piis votis Templum adit,
Et sistit se Domino.

Ecce qua humilitate,
Mater plena majestate,
Stat ad Templi limina.

Quam devote, quam profunde,
Instar fœminæ immundæ,
Ibi se humiliat.

En ut pro oblatione,
Et sui mundatione,
Sacerdoti supplicat.

Eja! eja! imiteris,
Quisquis tantam intueris,
Virginis modestiam.

Discas te humiliare,
Dei leges observare,
Frangere superbiam.

Sed in templum penetremus,
Et ibi consideremus,
Virginale gaudium.

Audiamus Simeonis,
Cœlicis repleti donis,
De Jesu præconium.

Et cum quanta svavitate,
Hunc ex brachiis beatæ
Virginis excipiat.

Et ut eo delectetur,
Et in illo se soletur,
Jamque mori cupiat.

Hunc agnoscit suum Numen,
Gentium futurum lumen,
Plebis suæ gloriam.

Multos in hoc surrecturos,
Et per illum transituros,
Ad Cœlestem Patriam.

Quin tu simul hic lætaris,
Et te pariter solaris,
O peccatrix anima.

Nam quæcunque hic contingunt,
Ad te spectant, te attingunt,
Pro te fiunt omnia.

Pro te puer præsentatur,
Idem jam pro te precatur
Patrem, ut indulgeat.

In se ponit mala tua,
Ut tibi det bona sua,
Gratiam restituat.

Tu pro tam ingenti bono,
Venerare vultu prono
Salutare Domini.

Deo Patri da honorem,
Filio refer amorem,
Gratiam Spiritui.

Genitrici te commenda,
Illam roga per tremenda
Cordis sui spicula.

Ut dignetur ad altare
Domini te præsentare,
in Cœlesti gloria. Amen. [1]

[1] Kajoni, Cantionale catholicum p. 405. Hymnus iuxta notam hymni 'Stabat Mater dolorosa' cantandus.

PRO SACRA QUADRAGESIMA.

Ave Manus dextra Christi,
Perforata plaga tristi.
Nos ad dextram jube sisti,
Quos per Crucem redemisti.
Jesu dulcedo cordium.

Ave palma Jesu lævæ,
Sic confixa plaga sæva,
Nos ab illa morte leva,
Quam produxit Mater Eva.
Jesu dulcedo cordium.

Ave vulnus dextri pedis,
Aedem mentis pie lædis,
Dum ad eam sæpe redis:
Esto nobis spes mercedis.
Jesu dulcedo cordium. Amen. [1]

[1] Cum hac in parte altera Hymnarii latino — hungariici rariora cantica in libro Kajoniano servata exhibeantur, æquum erat et hunc hymnum, qui in vetustis libris satis rarus est et ex hodiernis cantionalibus prorsus evanuit, eo magis non deesse, quod editio carminis istius apud nostrum hymnologum p. 228. s., prorsus diuersa reperiatur, ab ea, quam Mone, latein. Hymnen. 1853. I, 158. n. 121. s. t. Oratio de vulneribus Christi: ‚*Ave caput Christi gratum*' typis descripsit, G. Morel, lat. Hymn. 1866. I, 28. n. 44. relegit. Inscribitur: S. Gregorii P. I. Inter carmina in editione Benedictina Venet. 1744.

III, 878., apud Card. Thomasium Op. ed. Rom. 1747. II., 360. s., Daniel, Thes. hymn. 1842. I., 160. s. atque J. Julian, dictionary of hymnology p. 470. frustra quæritur. Mone Gregorio P. IX. qui 1378. diem suum occubuit, auctori tribuit. Cetera integrum carmen viginti et octo commatibus absolvitur. Adnotare placet apud Kajoni de eadem Passione Domini reperiri hymnos: P. 156. *In mea sint memoria,* Jesu pie signacula: Quæ passionis tempore pertulisti durissime. P. 220. *Patris sapientia, Christus in agone,* Nocte fudit sanguinem in oratione: obviam fit hostibus turbis se dat prone, Mox hunc Judas tradidit osculatione.

OSZK
Országos Széchényi Könyvtár

IN DIE SANCTO PASCHÆ.

Resurgente Domino,
Qui pependit in ligno,
Jubilemus, Exultemus.

Si non resurrexisset,
Reus homo mansisset,
Jubilemus, Exultemus.

Mortis ejus præmia,
Sunt nostra solatia.
Jubilemus, Exultemus.

Ejus Resurrectio,
Est mortis destructio.
Jubilemus, Exultemus.

Inferni vastatio,
Est poli apertio,
Jubilemus, Exultemus.

Ergo cum tripudio,
Plaudat omnis Cantio.
Jubilemus. Exultemus.

Gloria sit æterno,
Patri atque Filio.
Jubilemus, Exultemus.

Simul, ac Paraclyto,
Deo uni et Trino.
Jubilemus, Exultemus. [1]

[1] E numero cantionum, quæ in editione Kisdiana quoque habentur et quidem legitur ibi p. 78. apud Kajoni p. 249. In editione Balásiana cum multis aliis latinis canticis apud Kajonium obviis, frustra quæritur.

OSZK
Országos Széchényi Könyvtár

ALIUS CANTUS PASCHALIS.

Surrexit Christus hodie. Alleluja, [1]
Laus sit Deo, Deo nostro
Humano pro solamine. Alleluja,
Laus sit Deo, Deo nostro.

Mortem qui passus pridie, Alleluja,
Miserrimo pro homine Alleluja,

Mulieres ad tumulum, Alleluja.
Dona ferunt aromatum. Alleluja.

Album cernentes Angelum, Alleluja.
Annuntiantem gaudium. Alleluja.

Mulieres o tremulæ, Alleluja.
In Galilæam pergite. Alleluja.

Discipulis hoc dicite, Alleluja.
Quod surrexit Rex gloriæ. Alleluja.

Apparuit primo Matri [2] Alleluja.
Post Magdalenæ dolenti. Alleluja.

Porro dehinc, et cæteris, Alleluja.
Apparuit Apostolis. Alleluja.

In hoc Paschali gaudio, Alleluja.
Benedicamus Domino. Alleluja.

Laudetur Sancta Trinitas, Alleluja.
Deo dicamus gratias. Alleluja.

[1] Hæc cantio, cuius translationem vernaculam: 'Fel-támadt Christus ez napon, Alleluja. Hála légyen az Istennek'. [p. 245.] hodie adhucdum tempore paschali populus noster canit, reperitur apud Kajonium p. 244. Eadem sed textu multum variato habetur apud DANIEL, Thes. hymn. I., 330. DREVES, Anal. hymn. I., 165. JULIAN, Diction. of. Hymn. 1104. Sed forma carminis nostri præstat. Liceat h. l. commemorare, reperiri in Missali Quinqueecclesiensi a. 1499. et Zagrabiensi 1511. prosam paschalem, quantum scio tantum apud nos usitatam: '*Surrexit Christus cum tropheo,* iam ex agno factus *leo,* solenni victoria, quam per integrum contextum descripsimus in n. disq. Magyar szertartási régiségek II, 75. Die Feier des Osterfestes p. 64. s. — [2] Christum post Resurrectionem piissimæ Matri suæ primum adparuisse, e veteribus monimentis probare conabamur in n. disq.: Isteni üdvözitőnk dicsőséges feltámadása után a bold. szüz Máriának jelent meg legelőször. Religio. 1874. — 28. 29.

DE ASCENSIONE D. N. J. CHRISTI.

Postquam hostem et inferna
Spoliavit, ad Superna
Christus redit gaudia.

Angelorum ascendenti,
Sicut olim descendenti,
Parantur obsequia.

Supra astra sublimatur,
Non apparet, absentatur
Corporis præsentia.

Cuncta tamen moderantur
Cuius Patri coæquantur,
Honor, et potentia.

Modo victor, modo tutus,
Est in Cœlis constitutus,
Rector super omnia.

Non est rursum moriturus,
Nec per mortem mundaturus
Hominum contagia.

Semel enim incarnatus,
Semel passus, semel datus
Pro peccatis hostia.

Nullam feret ultra pœnam,
Nam quietem habet plenam,
Cum summa lætitia.

Dum recessit, ita dixit,
Intimavit et affixit
talia Discipulis:

Omnes vos in Mundum ite,
Universos erudite,
Verbis et Miraculis.

Nam ad Patrem meum ibo,
Sed sciatis quod redibo,
Veniet Paraclitus.

Qui discretos, 'et loquaces,
Et securos' et audaces,
Faciet vos penitus.

Super ægros, et langventes,
Manus vestras imponentes,
Sanitatem dabitis.

Universas res nocentes,
Inimicos et serpentes,
Et morbos fugabitis.

Qui fidelis est futurus,
Et cum fide suscepturus
Baptismi remedium,

A peccatis erit purus,
Et cum justis habiturus,
Sempiternum gaudium Amen.

[1] Kajoni Cant. cath. p. 256. s., qui hanc cantionem 'Sequentiam' adpellat. Rursus deest in editione Balásiana.

OSZK
Országos Széchényi Könyvtár

DE SANCTISSIMA TRINITATE.

Alme rerum conditor in Personis Trine,
Quem unius fateor virtutis Divinæ:
Te laudare molior stylo columbinæ
Vocis, salva deprecor me in meo fine.

Benedicam Domine tuam Majestatem
Cœlesti cum agmine per æternitatem:
Si tuo cum lumine meam cœcitatem
Pellis, et cum crimine omnem pravitatem.

Causa Tu pulcherrima omnium bonorum,
Quam laudat Catholica plebs sonis Hymnorum:
Aufer cuncta lubrica desideriorum
Nec non et phantastica, cum causis eorum.

Ens quod laudant Superi summo cum conatu
Angeli, et cæteri Cœli comitatu:
Ad te clamant miseri maximo ploratu,
A suo ut liberi fiant incolatu.

Grates nunc referimus Sanctæ Trinitati,
Qua sumus et vivimus fide congregati:
Tibi nos prosternimus, summæ bonitati,
Ut nos mundes ocyus a sorde peccati.

Vere Lux es Nobilis, super omnem lucem,
Quem nostrum cum Angelis profitemur Ducem:
A nobis cum scandalis hostem pelle trucem,
Qui ligatus vinculis est per Sanctam Crucem.

Christianae pluribus malis iam oppressæ,
Plebi, Deus citius digneris adesse:
Dum naturæ legibus mori est necesse,
Electorum Cœtibus fac nos interesse.

Zelotes amabilis, Pater, Logos, Flamen,
Quem laudat cum Angelis nostrum congregamen:
Servet a periculis nos tuum solamen,
Et finitis sæculis, ad Te ducas, Amen. [1]

[1] Kajoni, Cant. cath. p. 288. In ed. Balásiana p. 224.

OSZK
Országos Széchényi Könyvtár

IN FESTO CORPORIS CHRISTI.

Ave salutis hostia,
filij dei casteque matris:
nam te fide apprehenso,
sinceriter pleneque credo.

Nam tu es meus saluator,
totiusque redemptor,
qui es natus nympha dei,
qui in cruce expassum est.

Dum sacerdos verba finit,
Nil de pane remanebit,
Sed est verum corpus xristi
quod in cruce ijmolatum est.

Deum meum te collaudo,
animo te magnifico
trinitati recommenso
verbo isto quo assero. [1]

[1] E codice 1508—25. Nádor-Codex adpellato p. 348. 9. Menda quædam librarii adnotavit Toldy ed. p. 49., iuxta quam adnotationem textum recensuit Szilády, r. magy. költ. t. I., 248. Post omnem versiculum sequitur interpretatio hungarica, quæ in fine sic desinit: Zentharomsag dicertessek es ez ige mia aldoztassec. Poct hoc comma additur melodia pro utroque textu.

DE S. S. ALTARIS SACRAMENTO.

Ave hostia Salutis,
Via candida Virtutis,
Sacrum Corpus Salvatoris,
Hic lætabunda est per te vita,
Fides avita, in te munita,
Gloria Patri datur infinita.

Ave Cœlici saporis,
Vas et urna Salvatoris,
Verum scrinium dulcoris,
O Sacramentum, ô alimentum,
Nimis electum, ave frumentum,
Pignus hominis, patiens tormentum.

Datum vitæ spiritali
Manna verius legali,
Fœlix annona mortali:
Morbi levamen, et medicamen,
In æstu flumen, et noctu lumen,
Prodromus vitæ, fit nobis munimem.

Sacrificium hoc novum,
Vera merces est Cœlorum,
Tu es cibus Angelorum:
Dives te sine, nullus in fine;

Turris es plebis in peregrinæ,
Fortium virtus, obvians ruinæ.

Ave sumptus,
Conditoris Nostri cibus
Redemptoris,
Idem es omnibus horis;
Nil præter formam, dens comestoris,
Frangit vel tangit, conatus oris,
Tangitur caro morsibus amoris.

Isto Cœlesti ardore,
Veni Christe nos ignire,
Iram amore lenire:
Hoc cibo mire, nos vis nutrire
Veri Pastoris munus obire,
Tibi nos velis fortiter unire.

Doce nos salutis dator,
Jesu verus consolator,
Vincere hostes, pugnator.
O Jesu chare, tu noster sator,
Et pereuntis reparator,
Temet post mortem da remunerator.

Vita, gaudium cunctorum,
Ampla spes universorum,
Magna merces beatorum:
Se tibi pandit cor devotorum,
Te solum ambit, vita piorum,
sæcula tibi cedant sæculorum. Amen. [2]

[1] Kajoni, Cantionale catholicum p. 333. ubi et nota: 'Infinitæ bonitatis' assignatur. — [2] Habentur apud eundem Kajonium ad-

hucdum hi hymni de Sanctissimo Altaris Sacramento : P. 330. *O Amoris Sacramentum,* o doloris incrementum, o vitæ vita, o mortis mors. Amoris index, o pulchra vita, vita infinita. Exinanita pro servulis. P. 313. *O magnum Sacramentum,* o Numinis testamentum, Tu cibus es, tu pignus es, tu baculus viatorum. P. 346. *Quo me Deus amore,* ultro complecteris. Indignum me favore quanto prosequeris. R. Ex tua quando mensa, O Charitas immensa, Mortalibus impensa, te das et sumeris. Denique p. 341. hymnus cantandus in processione S. S. Corporis Christi, dum cum Sanctissimo intrant Ecclesiam : *Rex Christe primogenite,* O Agne Dei mystice, Virtutum fons vitæ, mundi caro viva. R. Tuo nos corpore refice, Sacroque Sanguine ablue, Sordes nostræ culpæ Jesu Christe.

ANNUNCIATIO BEATÆ VIRGINIS MARIÆ.

Salve Virgo gloriosa,
Super omnes speciosa,
Expers omnis maculæ.

Quam e cunctis Deus legit,
Et in qua summæ peregit,
Rem misericordiæ.

Nisi foret hæc puella,
Sempiterna heu! fiagella,
Remanerent homini.

Sed dum credit Gabrieli,
Placat nobis Regem Cœli,
Sit laus suo Numini.

Eja salve Sponsa Dei,
Salve plena Sanctæ spei,
Virgo potentissima.

Quae per Unum *Fiat* solum,
Reserando nobis polum,
Pandis Cœli limina.
Tu es Thronus Salomonis,

Tu es vellus Gedeonis,
Sedes Sapientiæ.

Paradisus voluptatis,
Et conclave Trinitatis,
Fons divinæ gratiæ.

Te in Natam Pater Deus,
Te in Matrem Natus ejus,
Te in Sponsam Spiritus

Sanctus sibi cooptavit,
Et immensis exornavit
Gratiarum dotibus

Tamen inter tot favores,
Et inter tantos honores,
Quibus fœlix emicas.

Tu non nisi te puellam,
Vilem, humilem ancillam
Domini te prædicas

O humilitas profunda!
O professio jucunda,
In divinis auribus!

Propter istud Virgo, verbum,
Dominam Te Patris Verbum,
Rebus dedit omnibus.

Propter hoc de Throno suo,
Descendit et claudi Tuo
Voluit in gremio.

Et ad Te humiliari,
Ex te simul incarnari,
O quanta dignatio!

Omnes ergo collætemur,
Et devote gratulemur,
Tam felici Virgini.

Totum Cœlum veneretur,
Omnis lingva admiretur
Hanc ancillam Domini.

Quae divinæ Majestatis,
Et æternæ bonitatis
Mater esse meruit.

Quae fit prægnans sine Viro,
Et humana modo miro,
Carne Deum induit.

Dicant omnes: Ave pia,
Ave Domina Maria,
Plena Dei Gratia!

Ave summe benedicta,
Virgo, Mater simul dicta,
Inaudita gloria.

Ergo per hanc dignitatem,
Et per hanc humilitatem,
Obsecro Te Domina:

Fac me mitem, fac me castum,
Omnem de me pelle fastum,
Cuncta tolle crimina.

Fac ut Verbi incarnati,
Pro me sic humiliati,
Charitatem recolam,

Et pro suo hoc amore,
Illum humili fervore,
Tecum semper diligam. Amen [1]

[1] Kajoni, Cantionale catholicum p. 406. ubi etiam præcipitur cantionis notam de 'Stabat Mater dolorosa' esse adhibendam.

REGINA MARTYRUM.

Mater Sapientiæ, Rosa sine spina,
Maria ingemuit hora matutina,
Dum audivit Dominum captum, et ligatum,
Pergit Jerosolymam, ut videret natum.

Hora prima Filium cæsum et afflictum,
Cernit et ab impiis vinculis adstrictum,
Ad Pilatum Præsidem duci cum clamore,
Tota tunc contremuit magno præ dolore.

Acclamantem populum hora tertiarum:
Crucifige: percipit, cor fit plus amarum,
Spinis punctum aspicit Natum et ferentem:
Crucem, sequens Filium mœstam habet mentem.

Hora sexta Dominum in cruce levari,
Respicit, et ferreis clavis conclavari,
Frangi membra Filii, et sanguinem fundi,
Repletur doloribus Dominatrix Mundi

Hora nona Spiritum Patri commendantem,
Audit Natum lugubri voce exspirantem:
Cuius latus lancea quando perforavit,
Genitricis viscera ferrum penetravit

De cruce depositum hora Vespertina,
Tenet inter brachia Cœlorum Regina,
Quem dum lavit lacrymis, madidum cruore,
Se aspergit sanguinis sacrati dolore.

Hora Completorii, quando sepulturæ
Corpus sacrum traditur, Virgo mater dure
Lamentatur ejulans: se tam desolatam,
Natoque tam inclyto sic fore privatam.

Has horas canonicas Tibi cum amore
Virgo Mater offero pro tuo dolore,
Ut quæ crucem Filii mente pertulisti,
Nos ducas ad gaudia sempiterna Christi.
Amen. [1]

[1] Kajoni, Cant. cath. p. 170. Non indiget uberiori explicatione hanc cantionem ad normam hymni ‚*Patris Sapientia*' esse factam. Hymnus '*Patris Sapientia*' octo habet strophas, cuius ultima p. 172. sic finit: Has horas canonicas, cum devotione Tibi Christe recolo: ut qui pro me passus es, sis mihi solatium mortis in agone. Amen. Adjecit Kajoni et alias de Regina Martyrum cantiones, pro sacro tempore ieiunii quadragesimæ. Sic p. 204. *Planctus ante nescia,* Planctu lassor anxia, crucior dolore. Orbat orbem radio, Me Judæa filio, gaudio dolore. P. 175. habetur Planctus secundus de Beata Virgine per modum Dialogi: *Stabat iuxta crucem* Christi, Virgo Mater corde tristi. Suum cernens Filium. Manus sacras elevabat; Et pendentis peroptabat Nati membra tangere. Dic Maria quid vidisti, Contemplando Crucem Christi, Lachrymosis oculis. Et p. 148. de septem Doloribus Beatæ Mariæ Virginis: *Septem tuos dolores dum considero;* Anna gemit devote, et Simeon affigitur. Tecum pati labores, tecum mori desidero: Doloris ense pectus quando transfigitur Age fac simili gladio feriar; age qui tuus est dolor experiar. Ultimas duas strophas mire confudit Balas, l. c. p. 143.

VISITATIO BEATÆ VIRGINIS.

Anima consurge pia,
Perjucunda tibi via,
Est agenda hodie.

Surge, veni; jam decora
Per montana se Aurora
suo monstrat lumine.

Jam serena maris Stella,
Sole pulchrior puella,
Summa transit montium.

Quaqua pergit, quaquâ meat,
Sua luce cuncta beat,
Dat ubique gaudium

Ecce vix in Zachariæ,
Et Elisabethæ piæ,
Domum fers vestigia.

Vix et salutationis,
Vocem promis, ô quot bonis,
Reples statim omnia!

Infans mox sanctificatur,
Et in ventre contestatur
Adventum Altissimi.

Mater Spiritu repletur,
Et Beatam Te fatetur,
Genitricem Domini.

Ipse quoque Te præsente,
Usum loquelæ retentæ
Zacharias recipit.

Multaque de nato suo,
Plura pariter de Tuo,
Prophetizans concinit;

Et quam pia sis, et bona,
Quanta feras illis dona,
Quos dignaris visere!

En quod gratiis ditentur
Omnes illi qui merentur,
Te, Virgo suscipere.

Ergo Mater benedicta,
Non ob mea me delicta,
Nec ob sordes deseras.

Sed me quoque visitare,
Et pro me Tuum rogare
Filium non differas.

Ut quos in Joanne plausus,
Sacro Tuo ventre clausus
Te loquente fecerat:

Hos in me cliente tuo,
Ex amore Christus suo,
Te rogante, faciat. Amen [1]

[1] E Cantionali cath. Kajoniano p. 407. 8. ad Notam: 'Stabat mater dolorosa', quam in universum fere pro Festis Beatæ semper Virginis præscribit.

OSZK
Országos Széchényi Könyvtár

ASSUMPTIO BEATÆ VIRGINIS MARIÆ.

Quae est ista gloriosa,
Tam decora, tam formosa?
Clamant omnes Angeli.

Quae est ista, quæ ascendit,
Universaque transcendit,
Gratia mirabili?

Caro quoque Virginalis,
Ex qua Deus immortalis
Incarnari voluit,

Pariter glorificari,
Animæque sociari
Triumphanti debuit.

Terris erant eximenda,
Et in Cœlos inferenda
Benedicta viscera.

Quae non minus dignitate,
Quâm sua capacitate,
Adæquabant æthera.

Sursum ergo gloriosa,
Sursum Virgo speciosa,
Sursum ad Altissimum.

Accipe Virginitatis,
Accipe humilitatis
Tuæ iustum præmium.

Ecce thronum fulgurantem,
En coronam radiantem,
Duodenis Solibus.

Ecce purpuram Regalem,
En globum Imperialem,
Dignum Tuis manibus.

Eja perge, scande Thronum,
Cape sceptrum, sume pomum,
Fruere imperio!

Quod offertur toto mundo,
Cœlo, terris, ac profundo
Dei beneficio.

Ecce potestati Tuæ,
Pater subdit quæ sunt suæ
Potestati subdita.

Ut in nomine Mariæ,
Animæ lætentur piæ,
Contremiscant Tartara.

Filius rerum cunctarum,
Divinarum, humanarum,
Adjicit scientiam.

Ut perfecte Deum nosses,
Et exacte scire posses,
Nostram indigentiam.

Paracletus charitatis,
Et supremæ bonitatis
Te coronat laureâ.

Ut post Deum nos amares,
Bona nobis procurares,
Pelleresque noxia.

Insuper, a Nato Tuo,
Hic est ex amore suo,
Honor superadditus.

Ut qui Tibi ministraret,
Te laudaret et amaret,
Non periret penitus.

Eja ergo mentes piæ,
Vobis simul et Mariæ,
Gratulantes plaudite.

Plaudite summe felici
Cœlorum Imperatrici.
Deo gratias agite. Amen. [1]

[1] Kajoni, Cantionale cath. p. 408.

IN NATIVITATE DEIPARÆ.

Stella Jacob, Maria nascitur,
Cujus ortu Mundus hic pascitur:
Annâ Matre Flos oritur,
Cuius odore serpens moritur.

Maria, flos humani generis,
Dignior salve Virgo cæteris:
Nam Angelos transgrederis,
Pure concepta, pure nasceris.

Maria salve, Tutrix omnium;
Laus et grandis honor fidelium:
Fulgens Christi palatium,
Deitatis reclinatorium.

Creavit hanc Pater ingenitus,
Obumbrabit hanc Unigenitus:
Hanc fœcundabit Spiritus;
Maria tota fit divinitus.

Quam creavit Deus mirabilem,
Respiciet ancillam humilem:
Parat Sponsam amabilem,
Mariam nemini consimilem.

Mira nimis eris puerpera;
Nam qui terras portat et sydera:
Mundum regens et cætera;
Intra Tua se claudet viscera.

Maria, Tu puella parvula,
Fuisti semper absque macula.
Quam potens et in sæcula,
Tua monstrabunt sat miracula.

Laudetur ergo Sancta Trinitas,
Per quam fit nobis hæc jucunditas:
O magna cœli bonitas,
Quâ terris nascitur integritas. Amen.[1]

[1] Kajoni, Cantionale catholicum, p. 420. iuxta modulos: 'O Jesule dulcedo cordium' cantandus.

PRÆSENTATIO BEATÆ MARIÆ VIRGINIS.

Ecce venit Sponsa de Libano
Fugit Virgo de Mundi clybano
Parente cincta gemino,
Se præsentat Maria Domino.

Fons hortorum, Aquarum puteus:
Via lucis, splendor sydereus
Maria Thronus aureus,
Te Cœtus laudat nunc æthereus.

Cella fragrans morum dulcedine,
Pæsentas Te cum gratitudine:
Maria cincta lumine,
Tibi cunctæ congaudent fœminæ.

Tu clavis es superna reserans,
Tu nubes es ardorem temperans:
Maria, ros refrigerans,
Quam dulcis es, Deo Te consecrans.

Sol est, Sol est, Ecclypsin nesciens,
Nunc in Templo Maria oriens:
Sol a Templo prospiciens,
Peccatorum nubem disjiciens.

Sublimis mons, Cœleste speculum,
Maria maximum spectaculum:
Regnatura in sæculum,
Defende Christianum populum.
Amen. [1]

[1] Kajoni, Cantionale catholicum p. 427. Nota: 'O Stellula Maria fulgida'.

HYMNUS ANTIQUUS AD B. M. MARIAM V.

Miserorum pia adiutrix,
et mestorum omnium
tu consolatrix reparatrix,
esto mihi domina consolatrix
atque curatrix.
Miserorum pia adiutrix
et mestorum omnium
tu consolatrix atque curatrix.

Arcus [1] meus male vexatur
morbo lupi venenosi,
sic sauciatus cruciatur,
non est per quem medetur.
seu leuetur atque curetur.

Rogito te rosa virginum,
que diceris graciosa mater
omnium flebilium,
Interpella pro languore
tu filio vt curer morbo.

Jpse reum esse nosco,
et hanc penam condignam
mihi vendico,
sed supplico commenda me
filio tuo unico regi celico.

A reatu purget animam.
corporisque conferat piam medelam,
det graciam, per quam
adipiscar indulgenciam,
vitam eternam. [2]

[1] Artus? — [2] E cod. Nádor-cod. vocato, 1508—25; in quo p. 351. post textum in lingua patria scriptum reperitur, utroque notis musicis instructo. Cf. p. 94.

CANTICUM DE MAGNA HUNGARIÆ REGINA ET PATRONA B. VIRGINE MARIA. [1]

O Gloriosa, o speciosa, stella luminosa;
Domina mundi, mater gratiosa!
Vox angelica, vox prophetica, proles davidica
Tibi concinit Salamon cantica.
Regina Cœli, medela mali, [2] fortitudo poli:
Virgula plena [3] colore vernali:
Aurora surgens, lucerna lucens, Sol radiis fulgens;
Illuminatrix, tenebras excludens.
Pulchra lunaris fuga languoris, fer opem revinctis;
Qui puniuntur carcerum catenis.
Solis æmula, fumi virgula, pulchra Puellula;
Te concupivit Rex sine macula.
Torques aurea, Regis vinea, turris eburnea:
Sis pauperibus salutis galea.
Palma virtutum, nectar optimum [4] odor aromatum
Reduc errantes ad Regnum paratum. [5]
Granum excussum, jubar effusum, sydus animosum
Nostrum exaudi carmen [6] sonorosum.
Dux militiæ, fons lætitiæ, flos pudicitiæ:
In te confluunt Cœli divitiæ.
Lilium candens, rosa rubescens, Virgo Cœlum [7] vincens:
Sydus aureum gremio recondens.

Virgo Maria! mundi gloria, duc ad cœlestia;
Hic exulantes ut sint in Patria.
O sacrum Lumen! sanctum solamen, spiritus juvamen:
Tuis famulis vitam confer. Amen.

[1] Canticum istud, quod hodie in Missa votiva ab immortalis memoriæ Primate et archiepiscopo Str. Petro Cardinale Pázmány [† 19. Martii 1637.] "Rorate" fundata, a Canonicis E. M. Strigoniens. singulis primis sabbatis mensis cantatur, eidem auctori adscribitur. Reperitur etiam apud Kajonium, cuius lectiones variantes, hic fide digne adposuimus, textu exemplaris Strigoniensis non mutato. Etiam in Collegio Vindobonensi ab eodem munificentissimo viro erecto, menstrue semel ab alumnis sub missa canitur hoc carmen. — [2] Kajoni, Cant. cath. p. 359.: *correctrix* — [3] Kajoni: *splendens.* — [4] Kajoni: *coelicum.* — [5] Kajoni: *Coelorum.* — [6] Kajoni: *cantum.* — [7] Kajoni: *viola redolens.* Observare libet sequentem i. e. penultimam stropham apud eundem collectorem omnino deesse.

AD BEATAM MARIAM VIRGINEM HYMNUS CONTRA PESTEM. [1]

Stella cœli exstirpavit,
Quæ lactavit Dominum,
Mortis pestem, quam plantavit
Primus parens hominum.

Ipsa Stella nunc dignetur
Sidera compescere,
Quorum bella plebem cædunt
Diro mortis ulcere.

Gloriosa Stella maris [2]
Summis digna laudibus!
Nos a peste tuearis
Et a mundi fraudibus.

Medicina christiana!
Sanos serva, ægros sana,
Quod non valet vis humana,
Præstet tua gratia.

Audi nos Maria
Nam Filius nihil negans Te honorat
Salva nos Messia
Pro quibus Virgo Mater te orat.

[1] Ex officio Rákoczyano 1752. p. 146. quocum concordat textus, qui legitur in libello: Officia in plerisque Breviariis desiderata pro commodo usu Horas Canonicas recitantium collecta. Agriæ. 1779. p. 411. præterquam quod una stropha, videlicet ultima, minus habeat. — [2] Off. Rákocz. ed. 1732. p. 184. legit: *O piissima stella maris a peste sucurre nobis, audi nos Domina; nam Filius tuus nihil negans te honorat. Salva nos Jesu!* quæ autem porro sequuntur strophæ omnino desunt.

OSZK
Országos Széchényi Könyvtár

ALIUS DE B. V. MARIA.

Ave rubens Rosa, Virgo speciosa,
Jesu Christi Mater, tu es gratiosa,
℟. Ne ultrix peccatorum, sis formidolosa;
Sis interventrix nostra, ut evadamus fortem inimici sortem.

Salve ardens rubus, nihil concrematus;
Per quem Rex Cœlorum est in Orbem natus.
℟. Te sibi præelegit sponsam virtuosam,
Dominam Angelorum, Cœlestium polorum, omnium regnorum.

Eja virga Jesse virens, et florida,
Munda corda nostra, nimium arida.
℟. Ne sinas nos perire, mortemque adire.
Ut crimen evadentes, gloriam tibi demus in Cœlis canentes.

Ave Imperatrix, nostra Advocatrix,
Virtutum amatrix, et munerum datrix.
℟. Aurea ulna splendens, porta es reclusa.
Per Spiritum aperta, facta fuisti certa, nuntio reperta.

In extrema hora advoca Filium,
Cum maxima turba Sanctorum omnium.
℟. Subvenito pro nobis, tuis piis donis.
Ut per tuum juvamen, evadamus examen, faxit Virgo, Amen. [1]

[1] Hymnus iste, e paucis illis est, quos Kajoni ex editione Cantuum catholicorum a. 1651. p.122. commodavit. Similis cantus, qui iisdem verbis incipit: Ave rubens rosa reperitur in G. M. Dreves, anal. hymn. medii ævi Cantiones Bohemicæ Leipzig. 1886. I. 51., qui interim per omnia a nostro differt. Subiicimus hic et in sequenti cantione emortuali p. 420. s. interpretationem collectoris nostri vernaculam, quæ diligentiæ laudem meretur. Habetur p. 380. et 381. Deest textus latinus in editione Balasiana p. 305., qui proh dolor maximam partem illarum cantionum latinarum repetere prætermisit quæ apud solum Kajonium nobis servatæ sunt.

'AVE RUBENS ROSA' INTERPRETATIO VERNACULA.

Idvez-légy Rósa, Szüzesség virága,
Christusnak dajkája, s' kegyelemnek Annya.
℟. Kérünk ne-légy bününknek te bosszúállója.
Hogy ellenségünk mérge, lelkünket meg-ne sértse.
Pokolra ne ejtse.

Idvez-légy zöldellő, 's égő Csipke-bokor,
Ki által kegyelem Menyországból ránk forr.
℟. Téged kedvelt Mennyeknek hatalmas Királlya.
Választott ő-magának, hogy lennél árváinak megvigasztalója.

Azért szép virágzó Jesse veszsző-szála,
Szivünk keménységét irgalmad lágyitsa.
℟. Ne-szenvedd hogy el-essünk, halálban el-veszszünk;
Sőt kegyelmet nyerhessünk, s' néked énekelhessünk,
szépen dicsérhessünk.

Idvez-légy bünösök kegyes szó-szóllója,
Jóság kedvellője, érdemünk adója.
℟. Angyali kézben fénlő ékes arany Nád-szál.
Egek fel-nyilt Kapuja, kin Istennek Malasztya, éppen mi-reánk száll.

Halálunk óráján Szent Fiadat kérjed,
Ellenünk fel-gerjedt haragját enyhitsed.
℟. Légy segitséggel kérünk erötlenségünkben.
Hogy végső ki-muláskor ne-essünk kisértetben.
Nyerd-meg szép Szüz, Amen.

DE BEATA VIRGINE.

Ave Domina, tu es præclara, Angelisque grata,
Pulchrior Luna, Stellis amicta, Virginum Regina.

Maria Virgo, tuo unico commenda Filio,
Grato Domino, pro cuncto Clero, sis adjutorio.

Gratia Christi, quem concepisti, et quem tu portasti
Quem peperisti, et quem lactasti, Mundo contulisti.

Plena gratia, Virgo serena, proles Davidica,
Nostra cantica, tibi sint grata, o Virgo Maria.

Dominus tuo ventris utero, latuit pudico:
Quem ab Angelo, vulgatum Sancto, concepisti Virgo.

Tecum Dominus, Filius tuus, plasmator excelsus:
Quem pavet Mundus, vocatur Deus; tremescit infernus.

Benedicta es, quæ enixa es pacem hominibus:
Chori Cœlestes, prout canentes, sonant pastoribus.

Tu parvi Agni, Leonis magni, Salvatoris nostri,
Virgo intacta, tu erexisti Templum Dei nostri.

In mulieribus tuus uterus, cum sit Virgineus,
Admirabilis est universis, thronus Eburneus.

Et tu Regina, Mater benigna, atque gratiosa:
Filium tuum pro nobis placa, ô dulcis Maria

Benedictus est, de Cœlo missus, hominibus datus:
Redemptor bonus, cui ter Sanctus, sempiterna laus.

Fructus excelsus, panis Cœlicus, cibus Angelicus:
Tuus uterus gustavit fidus, gloriosos fructus.

Jesus Christus amen, nostrum juvamen, atque consolamen:
Aeternum lumen, Cœli solamen, nobis præstet. Amen. [1]

[1] Kajoni, Cantionale catholicum p. 358. ad normam: Atya Ur Isten öröktől-fogva-való. — [2] Volupe est h. l. elenchum hymnorum de Beata Maria semper Virgine texere, qui quantum post requisitionem constat, modo apud nostrum domesticum collectorem Kajonium deprehenduntur. Sunto iuxta ordinem alphabeticum sequentes: *Ave mundi gloria,* Virgo Mater Maria: Ave benignissima, ave plena gratia. Clemens pia o Maria. P. 396. — *Ave Virgo Virginum,* O Maria. Domini Sacrarium, o Maria. Ave Cœli gaudium, O Maria. Ave o Maria. P. 427. — *Consolare Domina,* Mater et Regina, cur mœrore deficis stella matutina, tuus levat filius mundum a ruina. P. 224. — *Gaude flore Virginali,* quæ honore speciali, transcendit splendiferum P. 394. — *Lanquentibus in Purgatorio,* qui purgantur ardore nimio, Et torquentur sine remedio, subveniat tua compassio. O Maria. P. 428. — *Lucesce Stellis amicta,* o Virgo benedicta. Pulchrior es luna, Solem fallis una, Tu Mater decora, pro nobis exora, Lucesce Mundo Maria. P. — 368. *Maria Mater Numinis.* Aurora primi luminis! Imple meum cor lumine, Tuoque reple nomine. P. 416. — *Maria Virgo Virginum, ora* pro nobis Dominum. Dulcis o Ave Maria. P. 355. — *O Maria Virgo pia,* magna mortalium Patrona, Tuum decus quamvis cæcus et pulchra Cœli cernit dona R. Tibi supplex cadit terra, canit præconia sincera. P. 375 — *O stellula, Maria fulgida,* O Jesu Genitrix quam pulchra es? E millibus o Virginum, virago parvula electa es P. 366. — *Salve decus Virginum* o Maria! Mediatrix hominum, Virgo pia. Flos Sanctorum seminum. P. 424. — *Salve sancta Christi parens,* Salve Virgo labe carens, Salve decus Virginum. Salve Virgo singularis, P. 403. — *Salve Mater misericordiæ,* Mater Dei et Mater gratiæ: Mater spei et Mater veniæ. P. 399. —

Sancta Dei Genitrix, flos Virginitatis, Fons misericordiæ, Mater pietatis. P. 361. — *Sancta Messiæ Genitrix Maria,* millies salve, toties triumpha. P. 382. — *Sanctissima, Sanctissima* mater Dei, Ave fulgens, ave fulgens Regina Cœli. P. 379. — *Veneremur Virginem, salutis* dulcedinem: Cuius benignitatem miratur cœdi agmen. O clemens Pia. O Genitrix gratiæ, fons misericordiæ: Regina prudentiæ, Aurora lætitiæ. P. 353. — *Veni Virgo Virginum,* ave Mater Christi, Veni lumen luminum, salve Mater Dei, Veni vena veniæ, gaude decus mundi. Veni salus hominum, vale rosa Cœli. P. 404. — *Virgo Dei Genitrix,* quem totus non capit Orbis, In tua se clansit viscera: factus homo. Vera fides geniti, purgavit crimina Mundi: Et tua Virginitas, manet quam desideras. P. 398.

OSZK
Országos Széchényi Könyvtár

HYMNUS
AD S. JOANNEM ELEEMOSYNARIUM.

Joannes, bone Pastor, [1]
tuique gregis amor,
salve, o verum speculum,
cunctorum præsidium.

Tu tristi iubilus,
tu claudo baculus,
tu cœco lumen,
sitienti flumen.

Afflicto gaudium,
tu Pater pauperum,
O fac ut sequamur tua vestigia,
et ita consequamur æterna gaudia [2]

[1] Ex officio Rákocziano ed. Styræ 1732. p. 266. In editione Budensi a. 1751. legitur p. 214. — [2] In Kalendario Sanctorum Patronorum Regni Hungariæ, quod Parti hiemali Sanct. Patronorum R. H. præmittiitur in ed. 1786., memoria S. Joannis Eleemosynarii recolitur die 23 Januarii. Eodem die recenset Martyrologium Romanum cum encomio: 'Alexandriæ sancti Joannis Eleemosynarii, [† 616.] eiusdem urbis Episcopi,' misericordia in pauperes celeberrimi., Missale Paulinorum a. 1514. in Kalendario præfixo rubris literis 3. Februarii collocat festum s. Joannis Eleemosynarii, eadem ponit Breuiarium eiusdem ordinis S. Pauli p. e. 1540. nigris attamen characteribus scriptum. Similiter diei 23. Januarii adfigit festum s. Joannis Elee-

mosynarii Directorium ecclesiasticum in usum totius Vngariæ Regni Apostolici. Tyrnaviæ 1674. p. 40. Kalendarium Telegdinum et Ordinarius eiusdem in diem 12. Novembris reiciit festum Joannis Eleemosynarii. Cf. p. 586. Præterea et quidem frequentius in fastis domesticis die 12. m. Novembris ocurrit: Translacio S. Joannis Eleemosynarii, de qua peculiarem libellum scripsit Georgius Draskovits, quinqeeclesiensis Episcopus, et Posoniensis Præpositus, qui in Hagiographorum Antverpiensium, m. Jan. v. I., 511—3. legitur. Lucem vidit libellus hic Vindobonæ a. 1632., quo Cardinalis P. Pázmány corpus S. Eleemosynarii 1630. e Valle Mariæ Posonium ad Aedem d. Martino sacram translatum, argenteo loculo illatum, in exstructo ab se Mausoleo reposuit. Hodie exaltatum colitur in distincta a Primate Fr. Emerico Esterházi mirifico opere R. Donneri ædificata capella, 1732. consummata, quam diligenter descripsit M. Bél, Notitia Hungariæ Novæ. Viennæ. 1735. I, 582. seq. In libraria Capituli Collegiati Posoniensis reperitur exemplar libri Carthusiani Werneri Rolevinck, qui inscribitur: Fasciculus temporum, [Script. 66.] Ven. per Erh. Ratdolt 1484. impressi, cuius f. 48. v. lector ignotus hanc adnotationem adposuit: 'A. D. 1489. tempore Mathie Regis Hung. per Egregium Johannem Kyshorwarth dictum allatum est corpus B. Joh. Elem. Episc. Alexandrini de Constantinapoli ad hungariam et locatum est in Capella Regia in Castro Budensi in Vigilia B. Martini E.' Id est 10. Nov. v. p. 272. C. Péterffy, S. Concilia Eccl. R. C. Hung. I, 33. perhibet in editione Breviarii a. 1484. impressi, Bibliothecæ Budensis calendario, XII. Nov. calamo adnotatum fuisse: S. Joannis Eleemosinarii. Pelbartus, in Hystoria Johannis eleemosinarii ed. 1499. Pomœrii, addita, dicit: 'in capella regia in castro Budensi eius festum celebratur sequenti immediate die post festum s. Martini ep. et conf.. Missale Bibliothecæ Universitatis Budapestinensis [XLVII. a. 3.] Sæc. XVI. typis descriptum diem 12. Novembris assignat Translacioni corporis s. Joannis Elemosinarij In Vngariam. Cf. Knauz N. A budai királyi vár kápolnája p. 20. seq.

DE SANCTO JOSEPH.[1]

Joseph David filius clara stirpe natus,
Jesu Christi Domini Pater nuncupatus:
Desponsatus Virgini mente copulatus,
Utriusque custos est Cœlo destinatus.

Tu qui Sponsam gravidam dolens cum videres,
Cogitabas anxius an eam teneres:
Sed Cœlestis monitor ne ultra timeres,
In somnis admonuit ut magis gauderes.

Bethlehem profectus es censum soluturus,
Cum prægnante Virgine, ubi nasciturus:
Erat mundi Dominus quique mox facturus;
Ut ipsum infantulum esses amplexurus.

Cum Herodes impius in pueros sæviret,
Gabrielis monitu ne ultra dormiret:
Retulisti Sponsæ hæc, ut tecum veniret,
Et accepto parvulo in Aegyptum iret.

Hostibus jam defunctis, inde recessisti,
Eum in Galilæam tecum reduxisti,
Et Puerum, et Sponsam sicut didicisti
Cœlitus, et Nazareth humilis vixisti.

Duodecim, qui factum Jesulum annorum,
Tunc perdidisti tuum lumen oculorum:
Sed inventum postea medio Doctorum,
Custodisti sedulus Regem Angelorum.

Felix tu quem in ulnis Jesus cum Maria,
Tenuit iam cubantem dum in agonia:
Spiritum cum efflares, ut directâ via,
Commigrares ad Patres functus via pia.

Has horas canonicas cum attentione,
Dixi, o Sancte Joseph, tui ratione,
Quæso sis memor mei in oratione,
Ut vivamus simul in Cœli Regione. Amen. [2]

[1] Festum sancti Josephi sponsi Beatæ Mariæ Virginis, iam in Sacramentario s. d. Bolduensi Sæc. XIII—55. XIV. Kal. Aprilis ocurrit: Joseph in betleem. Hoc die recenset Missale 1341—28. Sancti Joseph nutritoris domini. Eodem modo Miss. 1377—30. nec non libri Missales: 1403—35., 1459—36., 1488—45. Martyrologium s. d. Hieronymianium, venerandæ antiquitatis liber, die 19. Martii refert: Natale Beati Joseph, Sponsi Beatissimæ et intactæ Virginis. Cf. fr. M. De Aste, discept. in Martyr. Rom. Beneventi 1716. p. 133. In Germania satis tarde, e. g. in Frisingensi Kalendario Sæc. XV. reperitur. Cf. Lechner, Mittelalterliche Kirchenfeste und Kalendarien in Bayern. Freiburg. 1891. p. 108. 117. Synodus diœcesana 1515. sub Berisloo Episcopo Vesprimii habita, festum s. Josephi Sponsi Mariæ retulit inter festivitates, quibus a laboribus servilibus abstinendum est. Péterffy, S. C. H. I, 243. Anno Domini 1674, directorium ecclesiasticum in usum totius Vngariæ Regni p. 217. congruenter decreto Clementis X. 29. Nov. 1670. duplex secundæ classis habet, quod nunc e decreto Pii P. IX. de 8. Dec. 1870. in primæ classis officium commutatum est. Aliæ gratiæ huic festo attributæ sunt in literis apostolicis 'Indytum Patriarcham Joseph' 7. Julii, 1871. V. n. d. Triplex corona divi Josephi. Strigonii. 1871. Novissime 15. Aug. a. 1892. decretum Congregationis Rituum de trɛnslatione Festi S. Josephi emanavit. — [2] Kajoni, Cantionale catholicum p. 471. 2.

HYMNUS
AD S. ADALBERTUM EPISC. ET MART.

Salve Pater pauperum,
margarita principum,
speculum antistitum,
gemma Christi pugilum!

Qui pro ducis gloria,
trina ictus lancea,
inter sacrificium
reddidisti spiritum.

Da mihi labilium
in extrema temporum
hora, dilectissimum
invenire Dominum. [1]

[1] Ex officio Rákocziano, in ed. Styrensi p. 265. St. Katona S. J. vir sane doctissimus in Historia critica Regum Hungariæ. Budæ 1806. XXXVIII, 882. de auctore huius optimi libelli memorat: 'Officium Rákoczianum nomen eidem est, non quod Rakotzius [I.] anctor illius sit; sed, quod, dum is proæmiales philosophiæ theses Cassoviæ propugnasset; libellus iste precum, ab *eius professore* collectarum, auditoribus distributus fuerit.'

HYMNUS DE S. LADISLAO.

Salue benigne rex ladislae [1]
unice plebis dulcis patrone,
regis regum gema præclara
syderum celi prefulgidum sidus.

Tu trinitatis cultor fidelis
iehsu xristi vestigia terens
spiritus sancti vas tu electum
electe pugil alme marie.

Tu nam hunnorum regia proles
regum sanctorum speculo fulges,
genitor tuus rex pius bela
vt more patris rex pius fores.

Tu nobis natus polonico regno
celisque datus presagio magno,
esque renascens fonte salutis
nomine aui dictus ladislaus.

Tuque cum esses tener etate
eduxit rex bela in pannoniam,
ut te laudarent patria regna
unicum scilicet atque celicum.

Tu resedisti bihar waradini
vrbis futurus dulcis patronus,
tu construxisti templum marie,
quo nunc quiescis omni honore.

Te circumcingunt imperatores
presules reges cleri barones,
oleo sudat sacrum sepulcrum
ossa teguntur auro fulgenti. [2]

Te wenerantur cultu diuino
sacer clerus et plebs deuota,
te ad honorant regna terrarum
ettenim laudant astra te celi.

Tu gloriaris regio trono
Tua ymago sita est in muro alto,
splendet vt sol, fulget wt aurum,
haud sat est visus te contemplary. [3]

Tu wltw plenus et rubicundus
tu et aspectu desiderabilis,
in verbis dulcis tu manu fortis
deicis cunctos tecum dimicantes.

Tu membris sanus forma decorus
humeris tuis alcior cunctis
specie sola imperio digna
corona sancta the rite cernit.

Tu carne purus mente preclarus
tu corde audax more leonis

ad hoc es dictus bator ladislaus
cum adhuc Iuuenis etate fores

Te elegit virgo maria
predotauit gratiarum donis,
vt custodires et gubernares
legatum sibi hunicum regnum.

Tuque Fulcitus regni corona
Iridiatus spiritu sancto
comitabaris mores paternos
rosas legebas corona stipabas,

Tu fidem sanctam et catholicam
Præconizatam ab hominibus Christi
Observabas et protegebas
Corde ore facto et ense

Tu tartarorum terror eorum
Crebro debelans in alpibus eos
Tu bassarum pauor eorum
Tu metus orbis Thewcris vocaberis.

Tu exstirpasti gentes hæresim
Ulscitos omnes tu evulsisti
Nec fuit auctor quispiam mali
Sola fama tua cunctos terebat.

Tu equitatis justus eras judex
Virginitatis eras corona
Tu castitatis castus patronus
Tu pietatis totus eras factor. [4]

Uny laudate sanctum ladislaum
quia meretur a nobis laudem
laudent eum angeli dicentes
Salue benigne rex ladislæ.
Finis.

[1] Hymnus iste de s. Ladislao rege, [Cf. p. 175.] qui strophis latinis et hungaricis alternantibus constat, reperitur in codice Peeriano 1508—[26]26. demtis ultimis quatuor strophis ante doxologiam positis, quæ in codice Gyöngyösiensi Sæc. XVI—27. leguntur; quas huic carmini adiicere visum est, tum quod omnino forma et argumentum idem sit, tum quod eiusdem scriptoris inculti quidem sed pii speciem præseferant. Cetera G. Volf, Nyelvemléktár. Budapest. 1874. II, 95. in editione codicis Peeriani abs se facti decem strophas publici iuris fecit; easdem intertextis quatuor illis, quæ in solo codice Gyöngyösiensi habentur, mutata paulisper lectione et ortographia typis describi fecit A. Szilády, Magyar költők tára. Budapest. 1877. I, 277. 8. s. — [2] Paulus Crosnensis, in suo quem uocat suauissimo panegyrico ad Ladislaum Pannoniæ regem victoriosissimum, et quem adpellat: 'in laudem divi Ladislai Regis: et Patroni Hungariæ obsecundatissimi concinnatus' 1509. canit:

'Hic Varadinæa: quam struxit: splendet in arce:
Templo saluificæ quodque dicauit Heræ.
Cuius marmoreo requiescunt membra sepulchro
Et Regis fulgent ossa beata pii.
Quod mirum de se late profundit odorem
Quod redolet nardum: balsama: thura: crocum.
Ad quod multiplici confecta caterua dolore
Se confert: miris et uiolata modis
Atque hinc confestim morbos purgata malignos
Res mira est, ualido corpore sana redit'.

[3] De imagine s. Ladislai, cuius meminit hymnus, cecinit *Janus Pannonius:*

'At tu, qui rutilis eques sub armis
Dextra belligeram levas securim,
Cuius splendidis marmorum columnis,
Sudarunt liquidum sepulcra nectar'.

[Epigr. l. II. 5. ed. S. Teleki. Traj. ad Rhen. 1784. I. 645.] — St. Miskólczy qui A. Chr. 1609. 27. Junii arcem Varadinensem perlustravit, sequentia notavit: 'In ipso arcis ingressu ad dextram ænea s. Ladislai Regis imago æneo equo insidens, quondam integra et tota auro splendens, in dextra habet asciam lignariam quasi sectio-

nem minitans. Subtus equum in ænea tabella hæc leguntur : anno MCCCXC. die 20. mensis May Rege Sigismundo et Maria Regina feliciter regnantibus hoc opus fieri fecit Reverendus in Christo pater d. Joannes Episcopus Varadinensis per magistros Martinum, et Georgium de Colosvár in honorem S. Ladislai regis'. Interim capto a Turcis Varadino, a. 1660. fusa ex ære statua s. Ladislai in tormentum conversa est. Cf. Schedius, Zeitschrift von und für Ungern. Pest. 1804. V. 1, 85. Schnaase, Geschichte der bildenden Künste im Mittelalter. Düsseldorf. 1874. VI, 500. et n. d. in Kirchenlexikon. Freiburg. 1891. VII, 1320. Bunyitay V., Szent László király emlékezete p. 61. — [4] In codice Gyöngyösiensi deinde additur : Si non scripsi bene tu corrige sapienter. Finis.

OSZK Országos Széchényi Könyvtár

HYMNUS DE S. LADISLAO VERNACULUS.

Megi verte szent László király a rút tatárokat,
Mikort azok kezdének szórni aranyokat.
Hát szent király buzgósággal azért imádkozik
Hogy az elszórt arany mint kerkővé változzik
Meghallgatja isten az szent király imádságát
A tatároktul szórt arany pénzek kövé válvák.
Még mostand is találhatod hegyek alján őket.
Igyen tette csuffá isten a rút kisértöket.
Osztán László maga irant ellenségre.
Minden serege utána sarkult egyre;
Törte verte, el is szedte mind a feit mind pedig fosztatját
Adott érte szentséges istennek nagy hálát. [1]

[1] E folio sæculi XVII., manu fratris eremitæ Ordinis s. Pauli p. er. scripto, ut veri simile est, edidit Somogyi Ant., Régi magyar énekek. Pest. 1873. II, 31. 2.

ALIUS DE EODEM SANCTO VERNACULUS.

Menynek, és földnek dicsö Teremtöje,
Es mi lelkünknek buzgó szeretöje:
Minden örömnek bö élö kut-feje,
Istennek igije.

Ki igasságnak világos tűköre,
Es eggyességnek vagy fenlö szép jele:
A' szeretetnek nagy erös kötele,
Lelkünk idvessége.

Szent László Király miképpen vigyázott,
Jó erkölcsökkel életben virágzott:
Teremtöjében szűntelen vigadott,
Szivbül imádkozott.

Szent István után Királlya tételték,
A' Magyaroktól holott választaték:
Mert Szent életét minnyájan szerették,
És kedvelették.

Olly igen buzgó áhitatosságban,
Mind éjjel nappal szokott imádságban:
Vólt fóglalatos Isteni dolgokban,
Alázatosságban.

A' körös-mellett egy Várost épite,
Mellyet Váradnak Sz. László neveze:
s' Szép Kalastromot Maria nevére,
Mellé éppittete.

Ott Püspökséget, és Káptalant szerze,
A' tiszta élet virágzott ő-benne,
Temetését-is ő oda rendelte,
s' ott feszik Szent teste.

Koporsójánál betegek gyógyúltak,
Vakok, és némák hozzá folyamodtak:
Es több illyen nagy sok csudák láttattak,
Es bizonnyal vóltak.

Légyen örökké áldott Atya Isten,
Es egyetemben a' Fiú Ur Isten:
A' magas Menyben Szent Lélek Ur Isten,
Mind örökké. Amen. [1]

[1] Kajoni, Cantionale cath. p. 472. 3. Inviantur cantores ad modulos hymni: 'Itt jelen vagyon' sequendos. Balás in editione sua p. 406. ultimæ strophæ comma secundum sic reddit: Es véle eggyütt a' Fiú Ur Isten.

HYMNUS
DE SANCTO STEPHANO R. VERNACULUS. [1]

Szent István Király Istennek szólgája,
Christus Hitinek igaz plántálója:
Bálványozásnak el-távoztatója.
És elrontója.

Kegyes vóltából irgalmas Istennek,
Adatott Menyből; a' Magyar Nemzetnek:
Hogy ő-általa uttyát igaz Hitnek,
Tanulná, s' szentségnek.

Szent István első Mártyr meg-jelenék,
Gejza attyának, s' töle tanittaték:
Hogy fia lészen, kiben kedve telnék,
Az élő Istennek.

Ottan születék Esztergom Várában,
Fel-neveltetett Keresztyén Vallásban,
Sz. Albert Püspök, ő tudományában,
És tanitásában.

Királyi-pálczát hogy kezébe vévé
Keresztyén Hitet terjeszteni kezdé.
A' pogányságot Országból ki-űzé,
És ki-rekeszté.

Sok Templomokat, és Püspökségeket,
Magyar Országban fundála, s' helyeket:
Kikben szűntelen Isten dicsérteték
S' neve hirdetteték.

Sok gazdagsággal azokat bé-tőlté
Szent oltárokat fel-is ékesité:
Kincsel, arannyal, sok szép eszközökkel,
Drága kövekkel.

E mellé szerze igaz Pásztorokat,
Más Országokból hoza Tanitókat:
Kikkel oktatá Magyar Pogányokat,
Keresztyén hitre.

Azért ő-benne Istennek tölt kedve,
Mert angyal által ő Királyi feje:
Szent Koronával Menyből tiszteltetett.
És becsültetett.

Királyi nevét a' Romai Pápa,
Más böcsületes névei szaporitá:
Mert Apostolnak nevezé, és hivá,
Magyar Országnak.

Christusnak Annyát, áldott Szüz Mariat,
Alázatossan mint édes Aszszonyát:
Tisztelé és rábizza önnön-magát,
És az Országát.

Innen hivattatik Pátrónájának:
Magyar Országnak óltalmazójának:

Ellenség ellen baj-vivó paisnak,
És biztatójának.

Ottan szent István sok érdeme után,
Christus Jesvsnak születése után:
Az ezer és az harmincznyólczadikban,
Juta Menyországban.

Az Isten fia nékünk — is engedgye,
Hogy életünknek mikor lészen vége:
Szent István után juthassunk mennyégbe,
Örök dicsösségbe. Amen. [2]

[1] Vetustissimus sane hymnus vernaculus *de divo Protorege* nostro, sed et antiquissimum typis descriptum monimentum linguæ patriæ foret ille de sacra Dextera, quem Claudiopoli a. 1794. publici iuris fecit Antonius Bartalis in libello: Notitia parochiæ Jegenyensis auctore parocho Loci. Sumptibus Authoris, et Typis Martini Hochmeister. Recensens cimelia suæ parochialis Ecclesiæ p. 88. §. 88. describit antiquum librum missalem. initio quidem mutilum, qui ante Dominicam primam Aduentus rubrum habuit. Incipit ordo Missalis secundum ritum dominorum ultramontanorum cum quibusdam officiis nouis. Hic liber Missalis est editionis Veronensis, quæ A. D. 1480. lucem vidit. Prosequitur p. 122. 3.: Possidemus Orationem et Cantilenam de Inventione dextræ S. Regis Stephani idiomate Vngarico Norinbergæ Anno MCCCCLXXXIV. editam. Oratio ea est, quæ latine hac die dicitur. Cantilena sic incipit:

O deucheoseeges zenth iob keez
mel'et magiar ohaitva neez
draaga genche neepeunknec
nag ercome ziueunknec.

Contra fidei dignitatem descriptoris A. Szilády, Középkori magyar költői maradványok, t. I., p. 301. 2. quædam perspicaci nisu obiecit. Maius vero negotium facessunt, quas idem contra authentiam textus opposuit grammaticæ difficultates, attentione et examine omnino dignæ. Cum autem hæc cantilena hodie quoque cantetur h. l. minime prætereunda fuit. — [2] Kisdi, cantus catholici p. 147. 8. Kajoni, Cantionale cath., p. 473. 4. indicata cantus nota: 'Az igaz Hitben. Balas p. 407. stropha nona loco' Menyből, substituit ‚Nagyra'

ALIUS HYMNUS
DE EODEM SANCTO VERNACULUS. [1]

Hatalmas Ur Isten, szerelmes Királyunk,
Aldott Jesus Christus, Mennyei Szent-Urunk:
Fiaid te-hozzád minnyájan folyamunk,
Es szivböl te-néked Szent Atyánk kiáltunk.

Bátoritsad kérünk, mi gyarló szivünket,
Te szent Malasztoddal; testi félelmünket,
Szent akaratodhoz szabjuk életünket,
Azért zabolázd-meg feslett erkölcsünket.

Azt mindenek-felett, adgyad örömödben,
Hogy részesülhessünk gyönyörüségedben.
Szent István Királlyal te dicsőségedben,
Dicsirjünk, es áldgyunk az magas Menyégben. [2]

A' kinek ma vagyon Szent innepe napja,
Es a' Keresztyénség nagy örömmel áldgya:
Magyar Nemzetségnek ki első Királlya,
Vala a' Christusnak Szentséges szolgája.

Egy éjel Gejzának, Boldog Szüz Mária,
Szent István Mártyrral meg-jelenvén, monda:
Rövid-nap ő-neki Isten fiat adna,
Ki a' Magyarokat igaz Hitre hozza.

Esztergom Várában Világra születik,
Szent Albert Püspöktől megkereszteltetik:
Szent István nevére leg-ottan nevezik,
Kiben az Istennek Malasztya lakozik.

Atya hólta-után, Szent István mely Szentül,
Viselé mindenben magát Istenesül,
Fárada Christus-ért igen szüntelenül,
Szentnek hivattatnék méltán mindenektöl.

Olly szelid, irgalmas volt a' szegényekhez,
Gyámoltalanokhoz és szükölködőkhöz:
Kegyes, és kegyelmes vala mindenekhez,
Elhagyott árvákhoz, és sok özvegyekhez.

Utólsó oráján az ő halálának,
Ajánlá Országát a Szüz Máriának:
Viselné gondgyokat meg-tért Magyaroknak,
Esedezzék értek áldott Szent Fiának.

Valamig pediglen Szent István Királynak,
Jó testamentomát megtarták Uroknak:
Es a' Szüz Máriát lenni Pátronának,
Mi szép nemzetünknek óltalmazójának.

Mindenben addiglan, jól esék sorsok,
Bóldog és szerencsés lőn mindenben dolgok:
Eppen meg-marada szép gazdag Országok,
Es nem kővetkezék semmi-némű károk.

De mihelyen hátra veték Aszszonyunknak,
Kegyes szép oltalmát szép Szüz Mariának:

El-kezdék veszteni fényét Országoknak,
Kit már könyves szemmel minnyáján láthatnak.

Ugyan-is nem méltó az ollyan fiúnak,
Ki testamentomát fel bontya Attyának:
Hogy örökös légyen Attya jószágának,
Soha-is birhassa javait azoknak.

Ez bóldog Szent István, lelkét a' Jesus-nak,
Nagy szép nyereséggel meg-adá Urunknak:
Nagy-Bóldog-Aszszonynak napján, Megváltónknak,
Nagy örömmel nyujtá kezében Christusnak.

Es eltemetteték Székes-Fejér-várban,
A' Boldog-Aszszonynak ő Szent-egyházában:
Nyugszik mind örökké a' Christus Jesusban,
Dicsöült Szentekkel fényes Menyországban.

Ki koporsójánál sok csudák látszottak,
Könyörgése-által betegek gyógyúltak:
Nagy sok nyavalyákból szépen meg-tisztultak,
Dicsiret, dicsösség a' Szent Háromságnak. Amen. [2]

[1] Kajoni, Cantionale cath. p. 474. 5. addita nota: Hála-adásunkban. — [2] Legitur in editione Balasiana p. 408. 9. sexdecim numerans strophas, intercalata videlicet * tertia. Insuper stropha decima varians: ‚*Patronánknak kedves nemzetünknek*' et sequenti duodecima alia: ‚*Kegyelmes oltalmát*' habetur.

DE SANCTO MARTINO.

Gaude gemma præsulum,
Gaude Mundi speculum:
Dulcedo fidelium,
Gaude calcans sæculum.
Sancte Martine.

Impetrator gratiæ,
Stella fulgens veniæ:
Exemplar clementiæ,
Et misericordiæ.
Sancte Martine.

In te fulget castitas,
Pietas, humilitas:
Desolatos visitas,
Tres mortuos suscitas.
Sancte Martine.

O Martine medice,
Spiritales abjice
Hostes procul dejice,
atque tuos respice.
Sancte Martine.

Bone Pastor ovium,
Tu es lima scelerum:
Pestem pellens cordium,
Sustentator pauperum.
Sancte Martine.

Gloria sit æterno,
Patri atque Filio:
Spirituique sancto.
Honor Sancto Martino.
Kyrie eleison. Amen. [1]

[1] Kajoni, Cantionale cath. p. 471. ad modum: Fel-támada mi Urunk.

OSZK
Országos Széchényi Könyvtár

HYMNUS
AD S. MARTINUM E. C. VERNACULUS. [1]

Szent Márton, Magyarok fénye,
Romai szent Hit edénye:
Oh Sz. Márton,
Menyországi parton,
értünk légy. [2]

Járván Pogányság igen fön,
veled sz. István nyertes lőn:

Sok Pogányok téritöie,
szükölködök élesztöie.

Mezitelent hogy meg-szántad,
azzal a Jésust ruháztad.

A' sátánt sokszor megverted,
A' Meg-hóltakat fel-vetted.

Egy Isten három személyben,
Dicsirtessék Szenteidben. [3]

[1] Ex ed. Cant. cath. lat. hung. F. L. Szegedi ep. sumt. in lucem data. Cassoviæ. 1674. p. 530. l. — [2] Hæc ultima tria commata post omnes strophas repetenda esse præcipitur. — [3] Ab hoc hymnus differt ille quem Kajoni, Cant. cath. p. 470.

typis describi curavit: *Szent Márton születék Magyarországban:* Szombathelyen, pogányság vakságában. Singulare: Kajonium nullos de S. S. Patronis Hungariæ hymnos latinos Cantionali abs se edito inseruisse, verum de aliis Cœlitibus haud paucos vulgasse lingua latina, e quibus forte anecdoti sunt: De Sancto Angelo Custode: *Tu qui es notitia doctus matutina.* Quam in verbo conspicis, aurem nunc inclina: Mentemque illumina Sacra medicina. Imple tibi creditum cœlesti doctrina. P. 504. Præterea de Eodem alius: P. 506. *Salve Custos Angele,* Civis Paradysi, Impreta nunc concivi lumen quod amisi: Ut possim patrare hoc, quod Deo promisi, Cavere quod displicet suæ Maiestati. P. 488. de S. Barbara: *Matutino tempore Barbara* Beata, In obscuro carcere fuit illustrata. Cum cœlesti lumine quo est visitata, Et a Rege gloriæ secum desponsata. P. 468. De s. Francisco Seraph.: *Vitiorum scabie mundo sordescente.* In peccatis populo Dei putrescente: Venit Christi famulus orbe senescente, In hæc mundi climata Spiritu fervente. P. 475. De s. Ignatio Loyola: *Virum admirabilem,* novum jubar solis; Colimus Ignatium natum de Lojolis: Qui post vana sæculi, spretis mundi dolis, Gratiæ, ac gloriæ, mire fulget stolis. Ad extremum p. 483. legitur hymnus de martyrio S. S. Virginum Barbaræ, Cæciliæ, Pelagiæ, Flaviæ, Eulaliæ, Treboniæ, Euphemiæ, Serapiæ, Maximæ, Elampiæ, Agnetis, Susannæ, Firminæ: *Dum saevit Africus,* tunc rosa rutilat, Et Austro viola perflante purpurat: Et Eurus lilia prona dissuaviat, Vis nulla eroborat, nulla exanimat. Binæ apud Nárayum, lyra coel. p. 123. s. leguntur cantiones vernaculæ de S. Martino: ‚Gyermekek ma vigadgyatok, nagy Eünepet tarcsatok, — ‚Szent Mártonnak ünnepnapja, ki Francziának főpapja.' Idem hymnologus ultimo p. 236. subiecit hymnum de S. Josepho.' Joseff menybéli töb szentek dicsősége: Éltünk reménye, ex hymnis Breviarii translatam.

HYMNUS AD S. ELISABETAM VIDUAM ANDREÆ REGIS HUNGARIÆ FILIAM.

O felix animus Elisabethæ
Terrenis omnibus sic expeditæ,

Ut sceptro, solio, et ipsa purpura
Spretis, ceu folio, amaret æthera.

Quæ qui non diligit, in mortem labitur
Quæ qui non eligit, æternum perditur.

O sancta anima, Regina Vidua!
O pia Domina, lux serenissima!

Assiste supplici, et da contemnere,
Quod perit fragili collapsum tempore.
Amen.[1]

[1] Ex officio Rákocziano. Styræ 1732. p. 327., e quo mutuavit libellus precum: Dies sacra per loca Scripturæ Sacræ progrediens Agriæ. 1793. p. 381.

DE SANCTA ELISABETHA CANTIO VERNACULA.

Atya Ur Istennek szerelmes Szent Fia,
Ki vagy szegényeknek gondviselő attya:
Özvegyek, árváknak kegyes táplálója,
Hozzád kiáltóknak légy meg-halgatója.

Engedgyed Szent Atyánk; szerelmeddel égjünk,
Szüntelen te-néked szivből kedveskedgyünk:
Es irgalmasságot minnyájan kövessünk,
Parancsolatidnak eleget tehessünk.

Miként Szent Ersébet te-néked szolgála,
Parancsolatidban igazán eljára:
Kinek Szent innepét Keresztyénség hallya,
Es e' mai napon nagy örömmel tartya.

Ki gyermekségétől-fogva, az Istennek,
Szolgála szüntelen, édes Mesterének:
Szép áhitatossággal példa volt mindennek,
Mint kellyen keresni úttyát idvességnek.

Kegyes, és irgalmas Szent Ersébet vala,
Isteni félelem ő-benne nagy vala
Gyámoltalanokon szánakodik vala,
Istenért mindennek adakozik vala.

Ura hólta-után szegényeket gyüjte,
Es sok betegeket, Szent Ersébet szerze:
Kiknek Ispotályban gondgyokat viselte,
Isten-ért ezeket táplálván éltette.

Ott minden jószágát a' nyomorultakra,
Isten-ért; jó szivel özvegyek, árvákra,
El-költé: mind éppen, nyomorult kórokra,
Szegény, szükölködö, gyámoltalanokra.

Igy vévé ö azért a' dicsö Koronát,
Sok fáratságának érdemes jutalmát:
Az örök-életnek áldott bóldogságát,
Istentől nékie készitett Koronát. Amen. [2]

[1] Kajoni, Cantionale cath. p. 497. 8. iuxta notam. Hála'adásunkban, decantanda. — In editione Balasiana finis sequens est: *‚Isteni dicsösség boldog Menyországát'*. P. 430.

ALIUS HYMNUS VERNACULUS DE EADEM SANCTA PATRONA.

Magyar-Ország szép Nemes Csillaga,
Aszszonyi-rend, tiszteletes taga: Szent Ersébet:
András Király Leánya,
Ki, szentséggel hamar kezet foga.

Királyoknak nevezetes neme,
Erkőlcsöknek tűndöklő gyöngy-szeme:
Kinek gazdag árra, és érdeme,
Szent Ersébet Christusnak jegyese.

Ez a' testben, bünnek fog-házában,
Élt a' lélek nagy szabadságában:
Dicsősségnek magas pompájában,
Ült: szegénység elvetett ruhában.

A' kevélység felemelt tornyában,
Gyöngyörüség szép arany tollában:
Mint a sárnak fekete porában,
Élt: nagy szelid alázatosságban.

Bölcseségnek ez gazdag tár-háza,
Uraságát Christus-ért el-hadta:
Mint hivságot lábával tapodta,
Dicsösséggel fénlik koronája.

Két kezét a' nagy múnkára adta,
Ujjaival az orsót forgatta:
Szegényeknek ajtaját meg-nyitta,
Éhezöknek kenyerét nyújtotta.

Megiratott már nagy boldogsága,
Hirdettetik szép bölcs okossága:
Soha nem fogy-el, ő gazdagsága,
Mert Mennyégben vagyon Aszszonysága.

Aszszonyoknak ez bölcs tanitója,
Özvegyeknek jó útmutatója:
Leányoknak nagy példa-adója,
Mint legyenek kéncsek takarója.

Országunknak drága szép plántája,
Öseinknek édes unokája:
Nemzetinknek fényes Koronája,
Szent Hitünknek gyümölcsös szép ága.

Dicsekedgyünk illy fő Nemzetünkel,
Szent Ersébet, tündöklő Szentünkel:
Kit kövessünk bizvást életünkel:
Hogy ő véle, éllyünk Istenűnkel.

Dicsirtessék Menyben az Istenség,
Szent Háromságban egyenlő Szentség:
Kit illet az hatalom, és Felség,
Földön, Mennyen egyenlő tisztesség. Amen.[1]

[1] Kajoni, Cantionale cath. p. 498. 9., ad modum: 'Angyaloknak Nagyságos Asszonya, cantandus. Eadem habetur in editione Balasiana 430. 1.

MESSIS MORTUALIS.

Est Messor cognomento, Mors,
hic omnium suprema sors.
Hem falcem acuit,
in pratum irruit,
Et quasi vindicem,
stringit acinacem,
Heu cave
pulcher floscule.

Est Messor implacabilis,
est falx irretractabilis,
Nil hac acutius,
nil illo crudius,
Absque discrimine,
ludit in gramine.

Non flectitur a tempore,
nec immaturo fœnore,
Metit licet sit ver,
Messor hic impiger,
Manu præcipitans,
Cancrum anticipans.

Non stat colorum facies,
non pulchra florum acies.

Quoquo falx incidit,
omne mox concidit.
Triste sit, lætum sit,
forma, non forma sit.

Et en tot celsa Lilia,
argentea tot folia.
Ultra non candicant,
nam terram morsicant,
Viror et roseus,
jam cadit ocyus.

Heu ubi tot formosulæ,
Reginæ florum Rosulæ,
Plus jam de macie,
monstrant in facie,
Quam nuper teneræ,
monstrarint purpuræ.

At nonne Rosas inclytas,
tutatur spinæ feritas?
Ferrum sed ligneam,
frangit custodiam,
Nec est Præsidium
Fato nec pervium.

Quid Calthæ,
quid nunc Violæ,
quid humiles Miraculæ?
Quid sperent Myrtuli,
vel quid Acanthuli?
Florum cum regia,
cadant insignia.

Narcisso quid Nobilius,
quid Hyacintho pulchrius?
At tot Narcissuli,
tot Hyacinthuli,
Sensere ferreum
falcis imperium.

Incassum superbifico
Messorem ludis serico,
Falcis adibis os,
heu digitalis flos,
Dicesque serica,
quam sint umbrifica.

Nec tu frontalis Byssine,
molli triumpha tegmine,
Tua nil gratia,
mortis ad otia,
Rigentem ossibus,
flectent ut mollius,

Tuum o Amarantule,
decus immarcessibile,
Mortis in naribus,
nil est de sensibus,
Metuntur omnia,
nec puta somnia.

Amaraci prænunciæ,
lucrantur nil divitiæ,
Falcis ad impias,
marcescunt Nænias.

Naturæ misera,
sic ridet munera

Caryophilli nimium,
non invenit hic pretium.
Nec tu Marine ros,
unquam amicus flos,
Mortis fictitia,
subsistes gratia.

Adusque semiramias,
Falx evibratur areas.
Ut nec pensilia, flore cubilia,
Plus præ minutulis,
triumphent herbulis.

Quiquid ubique meruit,
huc denique falx viruit,
Hic sic modiculi,
cadetis flosculi,
Mortis nam omnia,
vadunt ad horrea.

Cadetis ergo gramina,
Messoris ad certamina,
At vos o aurea,
vos o solsequia,
Virete, vivite,
casum prænoscite.
Cavete pulchri flosculi.

Coeleste viridarium,
suum expandit gremium,

Hic efflorebitis,
nec plus timebitis,
Fatalis ferreum,
Mortis imperium.
Glaudete pulchri flosculi. Amen. [1]

[1] Hæc Cantio pro defunctorum depositione præcipue die omnium fidelium Defunctorum iuxta modulos: Lucesce stella amicta, cantanda, et si minime sit celeberrimæ Sequentiæ de mortuis Thomæ de Celano: ‚Dies iræ' dies illa· æquiparanda, qua multa inferior esse deprehenditur, nihilominus non indigna est, ut denuo typis repetatur. Legitur p. 719. seq. In strophis 1—16. eadem clausula finalis: 'Heu caue pulcher floscule' præscribitur. Ceterum in editione Balásiana, paucissimis quibusdam vocibus exceptis æque reperitur p. 611. 2. addita interpretatione vernacula. Attentus lector facile observabit, textum latinum tres strophas minus tenere, quam interpretationem vernaculam, utcunque libero calamo factam.

OSZK
Országos Széchényi Könyvtár

INTERPRETATIO VERNACULA.

Kaszás e' földön a' Halál,
ki mindenütt rendet kaszál.
Ereit mutattya,
kaszáját forgattya.
Virágokat nem szán,
korókkal egybehány.
Jaj ódd magad szép virág-szál.

Fáradhatatlan arató,
mert Sarlója mindenható.
Kinél nincs élessebb,
semmi vagy sebesebb,
Mert minden ezentül,
elötte fölre dül.

Halál órája folyton foly,
éretlen füvel sem gondol
Szertelenül kaszál,
kikeletben sem áll,
Sőt télben is talál,
a' mit vágjon halál.

Festet szinek ábrázattya,
kaszáját meg-nem álhattya.

Valahová kerül,
kaszája meg-merül,
Bár friss, erős légyen,
mind fottig elmégyen.

Mennyi sok szép liliomok, vóltak;
kiknek nincsen nyomok.
Többé nem fénlenek,
mert oda löttenek:
Jaj tündöklő szépség,
Elvész, s hirvad zöldség.

Hol vattok füvek tűköri,
rósák, s' virágok czimeri?
Igen meg-hirvattak,
már el-is szárattak,
Kik minap friss szinben,
tündöklöttek éppen.

Vannak rósáknak őrzöi,
csipkék hegyes tövissei,
De az éles fegyver,
ezeken erőt nyer,
Erős-ellen Halál,
nagyobb erőt talál.

Mint járnak hát kis Violák,
s' alacson Tamariskus-fák?
Ha magos Czédrus-fák,
jó szagú Cziprus-fák
El-vesztik helyeket,
s' érzik veszélyeket.

Narcissusnál mi Nemessebb
s' Hiacinthusnál ékessebb ?
Még-is mind ezeket,
illy Nemes füveket,
Mérges Halál veszti,
s' méllyen elsillyesti.

Ti-is Csillag-virágocskák,
szép szinnel festet orczácskák:
Kik most kevélykettek,
s' hánnyátok színetek,
El-mentek, el-mentek,
meg nem menekedtek.

Hét-szinü szép Violácska,
te-is Pünkősdi-Rósácska:
Bársonyos szineddel,
avagy friss himeddel,
Nem használsz elötte,
ha nyilát rád lötte.

Tündöklő szép Bársony-virág,
ollyan lesz csak mint aszszú-ág.
Semmit szép szineddel,
nem használsz ezennel.
El-esel, mert Halál
le-vág ha rád talál.

Friss állapatú Amaranth,
kit hirvadás nem könnyen bánt:
De ah mérges szája,
Halálnak kaszája,

Meg-emészt mihelt ér,
véletlen földre vér.

Majoránnának illattya,
keveset ér friss harmattya.
Halálnak szaglása,
mert nincs hogy meglássa,
Kinek mint van szaga,
de szagos ő maga.

Szekfü mely szépnek láttatik,
de árra nem találtatik:
Még Rosmarinok-is
rettegnek; s' félnek is,
Mert álnok, s véletlen,
Halál s' kegyelmetlen.

Hideg-lelést el-oszlattya,
Centuriának illattya.
De még-is hidegét,
Halálnak idegét,
Vissza nem vetheti
s' el-nem kerülheti.

A' Semirámis kertéig,
kaszája ér mind végéig.
Hogy felhökböl csüggö,
csak-nem Égböl függö
Füvek meg-posdúlnak,
s' onnan lehúllanak.

Ha egy Virág nyilt valahol,
nem marad éppen-meg sohol

Jaj jó illatozó,
Virág el-változó,
Mert Halál szertelen,
hirvasztya hirtelen.

El-esél hát szép Virág-szál
Halál kaszája reád szál:
De te Napra néző,
jövendőt intéző,
Virág, vég-órádra:
vigyázz jól magadra.

Ne-félj immár ó szép Virág,
mérges foga mert meg-nem rág
s' Többé reád nem hág,
mert kedves utad tág,
Ugy jobban zöldült ág,
nem bánt haborúság,
Környüled a' szép bóldogság.

A' Mennyei Virágos-kert,
jó füveknek szép helyet vert.
Ott meg-virágoztok,
kik itt jól vigyáztok,
Kaszástól nem féltek,
mert örökké éltek.
Szép Virágok örűllyetek. Amen.

MONIMENTA

VETUS HYMNARIUM ECCLESIASTICUM

HUNGARIAE ILLUSTRANTIA.

OSZK
Országos Széchényi Könyvtár

KALENDARIUM
ALMAE ECCLESIAE STRIGONIENSIS
SAECULI DECIMIQUARTI
E LIBRO CAPITULARI MANUSCRIPTO
BIBLIOTHECAE PALATINAE VINDOBONENSIS
NUNC IN LUCEM PROLATUM.

OSZK
Országos Széchényi Könyvtár


DISQUISITIO DE SUBSEQUENTE KALENDARIO ECCLESIÆ STRIGONIENSIS.


ADIECIMUS Hymnario Ecclesiæ Hungariæ appendicem exhibentem vetus Kalendarium Ecclesiæ Metropolitanæ Strigoniensis Sæculi decimi et quarti, atque Ordinarium Scepusiensem sive Strigoniensem sæculi decimi quinti: quorum monimentorum præsidio ac ornamento stipata suffultaque hæc nostra editio, in adspectum acceptiorem lectorum, ut confidimus, perveniet:

Ad Kalendariorum et Ordinariorum usum quod adtinet, nemo ignorat hæc volumina Psalmodiæ et Liturgiæ omnino necessaria, libris liturgicis adnumerari. Unde passim in Breuiariorum atque Missalium vestibulis adscripta reperiuntur. Enimvero ex his dignoscebatur: qui dies ad Dei, Deiparæ et Divorum memorias agendas fixi, *quinam in illis hymni cantandi,* qui Psalmi recitandi, quæ in officio divino s. Missæ *Sequentiae dicendae* forent.

Nobiliores Ecclesias, a primis initiis, 'suos semper fastos' [ut adpellat Tertullianus, de corona militis n. 13.] seu Kalendaria, a Kalendis vocata, in quibus solemnitates totius anni adnotatæ erant, habuisse compertum est. E horum numero est illud Ecclesiæ

Metropolitanæ Strigoniensis, quod præmittitur *Capitulari libro* a. c. 1370., Bibliothecæ Palatinæ Vindobonensis, superius in Tabula fontium sub n. 20. p. 91. seq. commemorato; magni pretii: *quia et Kalendarium simul et Necrologium* est. *Liber Capitularis*, in nostris Ordinariis, diictur in quo reperiuntur *capitula*, sive lectiones breves e Sacris Scripturis Utriusque Fœderis, cantandæ vel recitandæ in Vesperis et Horis, quæ minores audiunt. Additæ sunt Orationes et Preces. Libro nostro præmittitur ritus benedicendi et aspergendi aquam. Suffragia vero excipit: Ordo ad visitandum siue ungendum infirmum, nec non Agenda Mortuorum, et hæc postrema notis musicis distincta. Literis initialibus insignitur, quas firma dexteraque manus *artificis patrii* delineavit. Imaginem literarum e folio 1. a. h. l. assimilamus:





Si formam externam huius veterrimi, quod nobis innotuit, Kalendarii Strigoniensis spectamus [40×27. cm.] a similibus aliis eiusmodi monimentis parum differt. E more antiquo mensis diuiditur, columnatim, in dies alphabeti literis distinctos, quæ indicant quota sit singulis diebus totius anni luna, penes literas

adnotantur, Kalendæ, Nonæ, Idus. Assignantur in Kalendariis omnibus fere diebus celebritates vel Sanctus aliquis: martyres qui apud ipsas Ecclesias passi sunt, fidei satores et promotores, episcoporum natales. Sæpe nomina præcellentium Sanctorum e sacris fastis alterius illustris Ecclesiæ transsumebantur. Nonullæ solemnitates solummodo Metropoli, aliæ toti provinciæ ecclesiasticæ communens exstiterunt. Interim cum Kalendarium Sacramentarii Bolduensis Sæculi XIII—55. et illud Missalis Posoniensis a. 1341—28. quotidie mentionem facit alicuis festi, in nostro Strigoniensi mensibus Januarii, Februarii, Martii, Aprilis, Maji atque Decembris, multas vacuas ferias offendimus. Deest etiam s. d. Capitulare i. e. deficiunt initia Epistolarum et Evangeliorum per circulum anni, quæ in codice Posoniensi reperiuntur. Quod in genere Sanctos adtinet, qui in Kalendarium subsequens illati sunt, bene attentendum an eodem tempore a prima manu, vel ab alia charactere antiquo, vel demum a manu posteriori addita fuerint. Sic festum s. Joannis Eleemosynarii ad diem 12. Novembris a longe recentiori insertum esse reperitur.

Inter festiuitates solemnitas solemnitatum sive Pascha, quod A. D. 1370., quo codex noster scribi coeptus est, in diem 14. Aprilis, anno autem 1375., quo a librario *liber capitularis* terminatus est, in diem 22. Aprilis incidit, adfigitur 27. Martii, quod faciunt iuxta priscum morem alia vetusta Kalendaria. Videlicet s. d. Gertrudianum Sæc. X., quod e regio dono S. Elisabethæ Andreæ II. regis Hungariæ

filiæ, possidet tabularium Capituli Forojuliensis [Apud Fr. Althan, de Calendariis p. 110], Kalendarium Missalis Frisingensis Sæc. X. [ap. a. Lechner, mittelalterliche Kirchenfeste und Kalendarien p. 11.], Sacramentarium Bolduense Sæc. XIII.—55 et Missale Posoniense 1341.—28.: quæ omnia VI. Kal. Aprilis, i. e. 27. Martii rubro charactere scriptum festum Paschatis sive Resurrectionis Dominicæ ponunt. Kalendarium postremum ad Nonas Martii i. e. 7. miniatis literis monet: 'Post nonas martis, ubi sit noua luna requiras: Que postquam fuerit bis septima pascha patebit.' Illud obiter commemorasse sufficiat: Kalendarium nostrum VI. Id. Augusti, i. e. 8. nomini s. Cyriaci et soc. [in Posoniensi rubeo colore distinquitur] addidisse: Aduentus sanguinis Xristi. Ordinarius Strigoniensis a. 1496. de hac solennitate præcipit: 'missa semper canitur de sancta cruce propter aduentum sanguinis Xristi'. [V. A. *Jox* ‚disquisitionem: die Reliquien des kostbaren Blutes unseres göttlichen Heilandes, insbesondere die Reliquie des kostbaren Blutes zu Brügge in Flandern. Luxemburg. 1885.] Pretiosam eiusmodi reliquiam, plures conspicuæ Ecclesiæ habebant. Celebris est illa quæ Brugis Flandrorum in æde d. Basilii summa veneratione hodie quoque colitur, [Cf. A Jox p. 37. seq.] in cuius laudem Ludovicus Vivis cecinit hymnum: *'Sacrum canamus sanguinem, mundi lavantem crimina'*. [Ap. Cassandrum, oper. omn. p. 261.] Festum Conceptionis Sanctæ Mariæ Virginis, quod in Bolduensi frustra quæritur, rubro charactere VI. Id. Dec. i.e. 8. inscriptum reperitur. Alia quoque

proferri possunt festa, sed cum de iis s. s. Patronorum indigetum passim in notis ad concernentes hymnos siue cantiones, commentati simus, hæc commemorasse sufficiat. [V. p. 155. 167. 172. 183. 202. 222. 223. 226. 236. 259. 268. 272. 284. 387. 390.]

Diximus Kalendaria prisca, Ecclesiarum simul et Necrologia esse, quod quidem in uniuersum sed eminenter de Kalendario Strigoniensi a. 1370. valet. Enimvero cum in fastis Sacramentarii Bolduensis, præter Bonetum prepositum et paucos quosdam presbyteros, mares et feminas ignotas de vulgo, sine omni nota anni recenset codex [V. ap. J. Koller, Historia Episcopatus Quinqueecclesiensis. Posonii 1782. I, 401.]; Missalis vero Posoniensis a. 1341. Kalendarium duorum tantummodo canonicorum videlicet ad diem 17. Febr. a. 1341. obitum Petri canonici Strigoniensis et Posoniensis atque plebani, die autem 27. Sept. a. 1386. Johannis subcustodis ecclesiæ s. Martini obitum adnotet; nostrum accurate longa serie per tria omnino sæcula, Archiepiscoporum et Dignitariorum dies emortuales exhibet, ita ut et dona muneraque, quæ per eos Ecclesiæ Strigoniensi oblata fuere, commemorentur.

Verum enimvero delectat ordine chronologico ex Obituario excerpere et h. l. inserere istorum nomina. Primus omnium ratione temporis, sæculo decimo et quarto occurrit a. 1370. die 21. Martii: Laurentius archidiaconus Sasváriensis. Hunc excipit 1375: die 1. Dec. Thomas III. Archiepiscopus. Nomen utriusque ab eadem manu, quæ Kalendarium exaravit, rubeo charactere est inscriptum.

Eodem sæculo porro defuncti adnotantur: 1378. 20. Februarii Cardinalis Demetrius; 1380. 19. Dec. Thomas archidiaconus Gömöriensis; 1382. 11. Sept. Ludovicus I. Rex Hungariæ.

Plurimi eorum, quorum obitus recensetur e sæculo decimo et quinto esse reperiuntur. Anno Domini 1415. 11. Martii. Michael de Bors canonicus subcustos E. M. S.; 1417. 9. Maji Stephanus Frank, Lector; 1418. 30. Maji Joanes Kanizsai de genere Osli, Archiepiscopus. Eodem 29. Dec. Johannes Wynarus præpositus s. Stephani de castro Strigoniensi. Anno 1421. 11. Maji Petrus, præpositus 1425. 2. Martii Gregorius Csepregi, archidiaconus Zoliensis. Anno 1426. 29. Jan. magister c. Blasius; 1427. 4. Febr. Johannes de Buda archidiaconus Barsiensis; cuius liber manuscriptus: de processu iudiciario, a Thoma pyesthan, collegii pauperum Xristi fundati per J. de Buda, studente exaratus, hodiedum existit in Bibliotheca regia Gottingensi. [Cod. ms. Luneb. 48. chart. olim Bibl. cœnobii st. Michael.]. Eodem a. 1427. die 27. Martii obiit Jacobus archidiaconus Neogradiensis et 4. Maji Ladislaus Szentlászlói rector capellæ corporis Christi. A. 1443. 10. Aug. canonicus m. Franciscus de .... ura. Syllabus canonicorum [Memoria Basilicæ Strigoniensis. Pest 1856. p. 130.] Astura habet. Idem a. 1447. recenset obitum Thomæ Tompa [P. 129.] archidiaconi Zoliensis, cuius pium legatum ad 30. Aug. in Kalendario nostro describitur. A. 1453. 9. Maji obitus m. Petri, rectoris capellæ Beatæ Mariæ Virginis. 1457. 1. Julii Nicolaus de Temesvár,

doctor, cantor, auditor causarum concilii Basileensis; 1460. 22. Maji Michael Toronyi, canonicus Strigoniensis et Quinqueeclesiensis, alter a cognomine Episcopo auxiliari Strigoniensi et Vicario. [A. a. 1471—87. Cf. disq. n. de Ordinariis p. 26.] A. 1470. 1. Februarii obitus Cardinalis Dyonisii Szécsy; 1472. 8. Aug. Joannis Vitéz Archiepiscopi. A. D. 1473. 31. Aug. Georgii Nalacz praepositi S. Thomæ M. demum; 1497. 17. Julii canonici et succentoris Emerici Obersezee.

Sæculo decimo sexto quatuor tantum virorum memoria fit. Et quidem A. D. 1507. die 23. Septemb. Benedicti de Asonfalwa, præbendarii Ecclesiæ Metropolitanæ Strigoniensis; 1525. 1. Jan. obitus m. Nicolai de Bancha; 1531. 25. Dec. Joannis de Kemendh, lectoris; denique 1533. 1. Octobris obitus magistri Joannis de Wadkerth. Et cum hoc annotationes necrologicæ finiunt, quod non est mirum, anno quippe 1543. capto per Turcas castro Strigoniensi, Capitulum metropolitanum Tyrnaviam commigravit.

Solent interdum Kalendaria magnos eventus mundi vel regnorum innuere. Nostrum his caret, si demamus adnotationem ad diem 28. Aprilis, qua reliquis attritis hodie legitur: Sigismundus rex . . . . . De emortuali anno, mense et die h. l. non potest esse sermo, is erat 8. Dec. festum Conceptionis gloriosissimæ Mariæ Virginis; sed intelligendus erit annus 1401. quo die 28. Aprilis rex Budæ captus, Visegradini custodiæ traditus est. Ad hunc annum refert Missale Strigoniense 1484. typis descriptum,

in Kalendario quod praefigit: vel ex his manifestum est, quod si omnium Kalendariorum, quæ in libris nostris liturgicis reperiuntur, editio pararetur, multas hine notitias ad historias sacras et profanas patriæ spectantes nos haurire posse.

Hæc erant de Kalendario Strigoniensi a. 1370. breviter adnotanda. Interim quæ in architypo rubeo colore seu minio distinquuntur, eodem reddidimus. Ceterum etiam in Kalendariis librorum typis descriptorum, festi dies, non vulgo tantum sed priuato ritu solis liturgis duntaxat celebriores, qui choři dicuntur, rubro colore imprimebantur. Quas propterea, occasione editi abse a. 1558. Breuiarii calumnias passus sit Nicolaus Oláhus Archiepiscopus, legi meretur. [Péterffy, Conc. E. H. II, 32.] Tandem b. l. attentum facere oportet, illa quæ * defiguntur, esse additiones a pesteriori manu.

KALENDARIUM ATQUE NECROLOGIUM

AB A. D. MCCCLXX. AD MDXXXIII.

Kl Januarius habet dies xxxj.

jjj	a	Jañ.	Circucisio domini	D. Hora xi
	b	jjjj	Octaua. s. Stephani.	
xj	c	jjj	Octaua. s. Johannis euangeliste.	
	d	jj	Octaua sanctorum Innocentum.	
xix	e	Noñ.		Vigilia.
viij	f	viij	Epijphania domini	
	g	vij	hijlari conf. atque poñ ⋆	
xvj	a	vj		
v	b	v		
	c	iiij	Pauli primi heremite.	
xiij	d	iij		
ij	e	ij		
	f	Idus	Octaua ephie.	
x	g	xix	Februarij. Felicis.	mr. L'c.
	a	xviij	Mauri abbatis. L'c.	
xviij	b	xvij	Marcelli pape et martiris. L'c.	
vij	c	xvj	Anthonii monachi. Sulpicii confessoris et pont. L'c.	
	d	xv	Prisce uirginis L'c.	Sol in aquar
xv	e	xiiij	Marii et Marce- L'c.	
iiij	f	xiij	Fabiani et Sebastiani mr.	
	g	xij	Agnetis uirginis et mr.	
xij	a	xj	Vincencii mris.	
j	b	x	Emerenciane virginis	
	c	ix		
jx	d	viij	Conversio. s. Pauli. Preiecti mr.	D. Hora v
	e	vij		
xvij	f	vj	Juliani epis. et confes. L'c.	
vj	g	v	Secundo Agnetis L'c.	
	a	iiij		
xiiij	b	iij		
iij	c	ij		

Lunacones xxx.

Obitus Magistri Nicolai de Bancha Canonici ecclesie Strigonien. 1525.

OSZK
Országos Széchényi Könyvtár

Obitus honorabilis viri magistri blasii Canonici ecclesie strigoniensis anno Dñi MCCCCXXVI.º litera Dominicali existente. Et idem domum suam, qvam inhabitabitabat legauit taliter; qvod qvicunque successorum inhabitaverit eandem ex consensu Dominorum de Capitulo ille tenebitur singulis diebus depositionis eiusdem solvere Dominis prebendariis centum [denarios] ℈· pro qvibus ipsi dicto die deposicionis tenebuntur unum placebo de sero et mane vnam missam pro defunctis cantare.

Kl

Februarius habet dies xxviij.

	d	februarii	Brigide uirginis
xj	e	iiij	Purificacio s. Marie
xix	f	iij	Blasii ēpi et m̄ris D. Hora vj.
viij	g	ij	
	a	Noñ.	Agathe uirgis lc.
xvj	b	viij	Dorothee uirginis lc.
v	c	vij	
	d	vj	Juliani m̄r. ⋆
xiij	e	v	Apollonie virg. ⋆
ij	f	iiij	Scolastice uirginis. lc.
	g	iij	
x	a	ij	
	b	Idus	
xviij	c	xvj	Marcij .·.) Valentini martiris.
vij	d	xv	
	e	xiiij	Juliane uirginis. Lc. Sol in piscibus
xv	f	xiij	
iiij	g	xij	
	a	xj	
xij	b	x	
i	c	ix	
	d	viij	Kathedra s. Petri
ix	e	vij	
	f	vj	Mathie apli. Locus bysexti Gerardi episc. et martiris.
xvij	g	v	Walpurge uirginis
vj	a	iiij	D. Hora X.
	b	iij	
xiiij	c	ij	

OSZK Országos Széchényi Könyvtár

Lun̄. xxix.

Obitus Reverendissimi in Xristo patris et domini domini dyonisij de Zecz Cardinalis Archiepiscopi Strigoniensis. Añ̄o Dn̄i MCCCCLX^mo quinto.

Obitus Magistri Johannis de Buda, Archidiaconi Borsiensis 1427^mo

bitus felicis recordationis demetrii tituli sanctorum qvatuor coronatorum presbyteri Cardinalis et Gubernatoris ecclesie Strigoniensis. Anno Dn̄i millesimo CCC°LXXX° Septimo:

Kl

Marcius habet dies xxxj.

iij	d	Marcij	D. Hora prima.
	e	vj	
xj	f	v	
	g	iiij	
xix	a	iij	
viij	b	ij	Perpetue et Felicitatis
	c	Noñ.	
xvj	d	viij	
v	e	vij	
	f	vj	
xiij	g	v	
ij	a	iiij	Gregorii p̄pe
	b	iij	
x	c	ij	
	d	Idus	
xviij	e	xvij	Aprilis
vij	f	xvi	
	g	xv	Sol in ariete
xv	a	xiiij	
iiij	b	xiij	
	c	xij	Benedicti abbatis
xij	d	xj	
i	e	x	
	f	ix	
ix	g	viij	Annunciacio. s. Marie.
	a	vij	
xvij	b	vj	Resurreccio dñi.
vj	c	v	D. Hora jj̄.
	d	iiij	
xiiij	e	iij	
iij	f	ij	

Lun̄. xxx.

*Depositio pie recordacionis honorabilis viri domini Gregorii de Czepreg, Archidiaconi Zoliensis et Canonici ecclesie Strigoniensis qui pro salute anime sue inter alias suas testamentarias disposiciones domum suam, quam in humanis agens inhabitauit taliter legavit, quod quicunque ex dn̄is de Capitulo Strigoniensi carens domo inhabitare vellet, ex tunc ille racione inhabitacionis singulis annis die deposicionis sue predicte vnum florenum auri aut pecuniam equivalentem dn̄is prebendariis Chori ecclesie Strigoniensis pro tempore constitutis soluere debeat, et teneatur pro quo idem annotato die deposicionis in porticu ecclesie Strigoniensis tres missas devote peragere debebunt; vnam videlicet de beata maria virgine cantatam, alias vero duas ut puta pro defunctis et Angelis lectas.** [1425.]

Obitus pie memorie magistri michaelis de Bors Canonici et subcustodis ecclesie Strigoniensis Anno Dn̄i M^mo^ CCCC^mo^ XV^o^.

Obitus dn̄i laurencij archid' saswariensis — [*Eadem manus scriptoris Kalendarii*] *Anno dn̄i M°CCC°lxx°*

Obitus dni Jacobi Archidiaconi Neugradiensis 1427^mo^.

Kl Aprilis habet dies xxx.

	g	Aprilis	
xi	a	iiij	
	b	iij	
xix	c	ij	Ambrosii ēpi et cōnf. L̃c.
viij	d	Noñ.	
xvj	e	viij	
v	f	vij	
	g	vj	
xiij	a	v	
ij	b	iiij	
	c	iij	D. Hora prima
x	d	ij	
	e	Idus	
xviij	f	xviij	Maij. Thiburcij et Ualeriani m̃r. L̃c.
vij	g	xvij	
	a	xvj	
xv	b	xv	Sol in thauro.
iiij	c	xiiij	
	d	xiij	
xij	e	xij	D. Hora. xi.
j	f	xj	
	g	x	
ix	a	ix	Adalberti ēpi et m̃ris.
	b	viij	Georgij m̃ris
xvij	c	vij	Marci ewangeliste. Letania maior.
vj	d	vj	
	e	v	
xiiij	f	iiij	Vitalis m̃ris L̃c.
iij	g	iij	Petri m̃ris.
	a	ij	

OSZK
Országos Széchényi Könyvtár

Sigismundus rex — — — [attrita cetera].

K̄l

Maius habet dies xxxi.

xj	b	Maij	Philippi et Jacobi apostolorum.
	c	vi	
xix	d	v	Inuencio sc̄e crucis. Allexandri cum sociis. D. Hora. vj.
viij	e	iiij	Floriani m̄ris
	f	iij	Gothardi abbatis et conf. *
xvj	g	ij	Johannis ante portam latinam.
v	a	Noñ	
	b	viij	Victoris m̄ris. Stanizlai ep̄i et m̄ris.* Apparicio sc̄i Michael Archangeli. L'c.
xiij	c	vij	Translacio s. Nycolai
ij	d	vj	Gordiani et Epymachi m̄r. L'c.
	e	v	Gangolfi m̄ris
x	f	iiij	Nerei Achillei et Pancracij m̄r. L'c.
	g	iij	Seruacii ep̄i et confes.
xviij	a	ij	Bonifacii m̄ris. L'c.
vij	b	Idus.	
	c	xvij	Julij [?]
xv	d	xvj	
iiij	e	xv	Sol in gemis
	f	xiiij	Potenciane virg. L'c.
xij	g	xiij	
j	a	xii	
	b	xj	Helene regine.
ix	c	x	
	d	jx	Donaciani et Rogaciani m̄r.
xvij	e	viij	Urbani p̄pe et m̄ris. Translacio S. Francisci. L'c. D. Hora ỹ.
vj	f	vij	
	g	vj	
xiiij	a	v	
iij	b	iiij	
	c	iij	
xj	d	ij	Petronelle virginis. L'c.

Obitus dñi magistri Ladislai de Scenthlaslo Rectoris capelle Xristi et canonici Strigoniensis Anno dñi MCCCC° XXVII.

Hic obiit honorabilis vir dominus Stephanus Frank, Lector ecclesie Strigoniensis. MCCCC^mo decimo septimo.

Obitus magistri Petri Rectoris Capelle beate virginis et. Año dñi MCCCCXLII.

Hic obiit pie memorie Prepositus maior Petrus nomine S... año dñi millesimo CCCC^mo XXI^mo [colore attrito.

1460. honorabilis dñus Michael de Turon Archidiaconus Neugradiensis Strigoniensis et Quinquecles. eccl. Canonicus, Rector altarie beate Margarethe Virginis eidem altarie et suis successoribus in eadem fecit construi et edificari domum ex opposito domus Custodis Strigoniensis, deqva Prebendarii Rectores altarie annuatim tenentur unum florenum auri in festo S. Margarethe de sancta Margaretha; secundo die de Sancto Spiritu; et tertio die de Sancto Michaële patrono dicti Dñi Michaelis Archidiaconi... misse de Sancto spiritu.

Hic obiit pie memorie Reverendissimus in Christo Pater et dñus dominus Johannes Archiepiscopus Strigoniensis anno dñi millesimo quadringentesimo decimo octavo,

Kl

Junius habet dies xxx.

	e	Junij	Nicomedis mr.
xix	f	iiij	Marcellini et Petri mr. Lc.
viij	g	ij	Laurentini et Pergentini mr. Lc.
xvj	a	ij	Quirini mr.
v	b	Non.	Bonifacii mr.
	c	viij	
xiij	d	vij	
ij	e	vj	Medardi et Gildardi confes.
	f	v	Primi et Feliciani mr. Lc.
x	g	iiij	
	a	iij	Barnabe apli D. Hora vj.
xviij	b	ij	Basilidis Cirini et Naboris mr. Lc.
vij	c	Idus	Anthonij confes. fris minoris.
	d	xviij	Julij Basilii et Aniani conf.
xv	e	xvij	Viti et Modesti mr. Lc.
iiij	f	xvj	Cyricij et Julite mr. Lc. D. Hora iiij.
	g	xv	Sol in cancro.
xij	a	xiiij	Marcij et Marcelliani mr. Lc.
i	b	xiij	Geruasii et Prothasii mr. Lc.
	c	xij	
ix	d	xj	Albani mr. Lc.
	e	x	Paulini epi et conf. Lc. Decem milia militum et mr.
xvij	f	ix	Uigilia.
vi	g	viij	Natiuitas s. Johis bapte
	a	vij	
xiiij	b	vj	Johannis et Pauli mr. Lc.
iij	c	v	Ladizlai regis et confessor.
	d	iiij	Leonis pape. Uigilia.
xj	e	iij	Passio apostolorum Petri et Pauli
	f	ij	Commemoracio s. Pauli.

Luñ. xxix.

nno dñi millesimo CCCVI [?] *die XVI mensis Junii hora tertiarum, vel qvasi apparuit eclipsis solis in castro Strigoniensi.*

OSZK
Országos Széchényi Könyvtár

K̄l

Julius habet dies xxxj.

xix	g	Julij	Octaua s. Johannis baptiste Vigilia.
viij	a	vj	Processi et Martiniani m̄r. L̃c. Visitacio Marie V.
	b	v	
xvj	c	iiij	Translacio s. Martini. Udalrici confes.
v	d	iij	
	e	ij	Octaua Apostolorum. ix. l̃c.
xiij	f	Non.	Willibaldi ep̄i. et conf. Translacio s. Thomæ m̄r.
ij	g	viij	Kyliani Colonati et Thotnati sociorum eius m̄r.
	a	vij	Oūa Marie uisitacionis. Procopi conf.
x	b	vj	Septem fratrum L̃c.
	c	v	Benedicti abbatis.
xviij	d	iiij	
vij	e	iij	Margarethe uirginis D. Hora xi.
	f	ij	
xv	g	Idus	Diuisio aplorum
iiij	a	xvij	Augusti
	b	xvj	Andree et Benedicti m̄r. Alexii confes. L̃c
xij	c	xv	Sol in leone.
i	d	xiiij	
	e	xiij	
ix	f	xij	Praxedis uirginis L̃c.
	g	xj	Marie Magdalene D. Hora x̄ij.
xvij	a	x	Apollinaris m̄r. L̃c.
vi	b	ix	Xristine uirginis et m̄r. Vigilia
	c	viij	Jacobi apostoli Xristofori m̄r.
xviij	d	vij	Anne matris marie. *
iij	e	vj	Septem dormiencium. L̃c.
	f	v	Panthaleonis m̄ris. L̃c.
xj	g	iiij	Felicis cum soc. Deposicio s. Ladizlai regis L̃c.
	a	iij	Abdon et Sennes m̄r. L̃c.
	b	ij	Germani ep̄i. et conf.

ün. XXX.

457 *Venerabilis dominus Nicolaus de Themeswar doctor, prius Cantor et vicarius Strigoniensis, deinde prepositus s. de castro Strigoniensi etc. Auditor causarum Concilii Basileensis obiit in ecclesia s. Stephani collegiata prefata, et dotavit . . . altare cum domo ariali prope pon . . . et una vinea prope Sanctum Ambrosium. Qualibet ebdomada per totum annum . . . leguntur tres misse per canonicos.*

bitus Emerici Obersezee canonici, succentorisque Alme ecclesie Felicis memorie 1497.

viij	c	Aug.	Ad vincula s. Petri vij frm̄. D. Hora p̄ra.
xvj	d	iiij	Stephani pape et m̄r. L̄c.
v	e	iij	Inuencio corporis s. Stephani prothom̄r.
	f	ij	Gaudencij confes. atque p̄ont.
xiij	g	Non̄.	Sc̄e Marie de niue Dominici conf. et Osualdi regis
ij	a	viij	Transfiguracio dn̄i Sixti pape cum sociis. L̄c.
	b	vij	Donati ep̄i. et m̄r. L̄c. Affre m̄r.
x	c	vj	Cyriacij cum soc̄. L̄c. Aduentus sanguis x̄pi.
	d	v	Romani m̄r. Vigilia
xviij	e	iiij	Laurencii martiris
vij	f	iij	Thiburcij m̄r. L̄c.
	g	ij	Clare uirginis
xv	a	Idus	Ypoliti sociorumque eius. L̄c.
iiij	b	xix	Septembris. Eusebii conf. Vigilia.
	c	xviij	Assumpcio s. Marie V.
xij	d	xvij	Arnulfi confes. et pont.
i	e	xvj	Octaua s. Laurencij. L̄c.
	f	xv	Agapiti m̄ris.
ix	g	xiiij	Magni m̄ris Sol in uirgine.
	a	xij	Eleuacio s. Stephani regis et conf.
xvij	b	xij	
vj	c	xj	Octaua s. Marie. Thimotei cum soc̄. m̄r.
	d	x	Tymothei et Apollinaris m̄r. Vigilia.
xiiij	e	ix	Bartholomei apli. ⋆Audoeni conf.
ij	f	viij	Genesii m̄ris. L̄c.
	g	vij	
xj	a	vj	Octaua s. Stephani regis. Rufi m̄r.
xix	b	v	Augustini ep̄i. et confes. Hermetis m̄r. ⋆
	c	iiij	Decollacio s. Johannis bapte. Sabine virg. et m̄r
viij	d	iij	Felicis et Adaucti m̄r. L̄c. D. Hora vij.
	e	ij	

Obitus Reverendissimi domini Johannis Archiepiscopi Strigoniensis ano 1472.

*Obitus bone memorie Magistri Francisci de [A] su [ra], Canonici qvi legauit domum suam sub castro Strigoniensi .... propriis laboribus et sumptibus edificatam successori suo in Canonicatu et de successore in successorem co modo, ut idem successor perpetuis temporibus semper in die obitus sui unum florenum in auro puro aut valorem Prebendariis .... Strigon. solvere teneatur: qvi in eodem die semper perpetuis temporibus tres missas pro remedio salutis anime sue in portico ecclesie circa suum sepulcrum ante aram sancti ... episcopi celebrare teneantur; unum dumtaxat in ... — — — — *[script evanesc.]*

Obitus Thome tompa Archidiaconi Zoliensis et Canonici Alme ecclesie Strigoniensis; qvi legauit domum suam successori suo ita quod prebendariis singulis annis in aniversario debeat solvere unum florenum auri, et Prebendarii teneantur in aniversario suo dicere sex missas tres in cantu et tres legendo; primam de beata Virgine; secundam de sancto Michaële, tertiam de apostolis, et totidem tres legere, unam pro defunctis, secundam pro peccatis, et tertiam de sancta Dorothea.

Obitus domini Georgii Nalacz præpositi sancti Thomæ martiris anno 1473.

OSZK
Országos Széchényi Könyvtár

Kl

September habet dies xx

xvi	f	Sept.	Egidij abbatis Prisci m̄r.
v	g	iiij	Emirici confes.
	a	iij	Anthonini m̄r. D. Hora xvij.
xiij	b	ij	
ij	c	Noñ.	
	d	viij	
x	e	vij	Euurcij ēpi. et conf. L̃c.
	f	vj	Natiuitas s. Marie uirginis Adriani m̄r.
xviij	g	v	Gorgoni m̄r. L̃c.
vij	a	iiij	
	b	iij	Prothi et Jacinti m̄r. L̃c.
xv	c	ij	
iiij	d	Idus	Maurilij ēpi. et conf. L̃c.
	e	xviij	Octobris. Exaltacio s. crucis Corneli et Cypriani m̄
xij	f	xvij	Nycomedis m̄r.
i	g	xvj	Lucie et Geminiani m̄r.
	a	xv	Lamberti ēpi. et m̄ris. L̃c. Sol in libra.
ix	b	xiiij	
	c	xiij	
xvij	d	xij	Vigilia.
vj	e	xj	Mathei apli et ewangl. D. Hora iiij.
	f	x	Mauricij cum soc. L̃c. Emmerami m̄r. et ēpi
xiiij	g	ix	Tecle uirginis.
ij	a	viij	Gerardi ēpi. et m̄ris *Conceptio beati Johannis bap
	b	vij	Cleophę. uirginis et m̄r. *
xj	c	vj	Cypriani et Justine m̄r. L̃c.
	d	v	Cosme et Damiani m̄r. L̃c.
xix	e	iiij	Vencezlai regis et m̄ris. L̃c.
viij	f	iij	Michælis archangeli
	g	ij	Yeronimi pbri. L̃c.

Lun̄. xxix.

Hic dum cras est Prothus discessit Rex Lodovicus.

Obitus Lodovici regis anno dñi millesimo CCC octogesimo secundo.

Obitus pie memorie honorabilis viri Benedicti de Asonfalwa Prebendarii hujus Alme ecclesie Strigoniensis Año Dñi 1507.

xvj	a	Octob.	Germani et Remigii episopor. et conf.
v	b	vj	Leodegarii ēpi. et m̄r.
	c	v	D. Hora v̄.
ij	d	iiij	Francisci confes. L'c.
	e	iij	
	f	ij	Stanizlai m̄ris et pont. L'c. * Invencio patriarcharum abraham ysaac et iacob.
x	g	Noñ.	Sergi et Bachi m̄r. L'c.
	a	viij	Pelagie peccatricis
viij	b	vij	Dyonisii ēpi cum soc. L'c.
vi	c	vj	Gereonis cum socijs m̄r. *
	d	v	
xv	e	iiij	
iiij	f	iij	Colomanni m̄r. L'c.
	g	ij	Kalixti pape et m̄r. Cerboni ēpi. et confes.
xij	a	Idus	Leonardi confes. [Heduige monache] Heduige ducisse polonie. *
i	b	xvij	Nouembris Galli abbatis et conf.
	c	xvj	
ix	d	xv	Luce evangeliste * Sol in scorpione.
	e	xiiij	
xvij	f	xiij	
vj	g	xij	Vndeč. milia virginum. L'c. *
	a	xj	Lupencij m̄r. D. Hora x̄. *
xiiij	b	x	Seruacij ēpi et conf. Seuerini conf. atq. pontif. *
iij	c	ix	Maglorii ēpi. et conf. L'c.
	d	viij	Crispini et Crispiniani m̄r.
xj	e	vij	Demetrij m̄r.
	f	vj	Vedasti et Amandi episcop. et conf. Vigilia.
xix	g	v	Symonis et Jude apostolorum.
	a	iiij	
	b	iij	
xvj	c	ij	Qvintini m̄r. Vigilia.

Lun. xxx.

1533 obiit Magister Joannes de Wadkerth Canonicus ac prebendarius ecclesie Strigoniensis.

OSZK
Országos Széchényi Könyvtár

Kl

Nouember habet dies xxx.

v	d	Nouemb.	Festiuitas omnium sanctorum.
	e	iiij	Eustathij mr̃is cum soc̃.
xiij	f	iij	
ij	g	ij	
	a	Noñ.	Emerici ducis et confr. D. Hora viij.
x	b	viij	Translacio s. Adalberti mr̃is Leonardi conf.
	c	vij	Villibrordi ep̃i. et conf.
xviij	d	vj	Octaua omnium sanctorum. Quatuor coronatorum.
vij	e	v	Teodori mr̃is. *
	f	iiij	Martini pape et mr̃is *
xv	g	iij	Martini ep̃i. et confess. Menne m̃r.
iiij	a	ij	Joannis Elemosinarij. *
	b	Idus	Briccij ep̃i. et conf.
xij	c	xviij	Decembris
i	d	xvij	
	e	xvj	Othmari abbatis
ix	f	xv	Aniani ep̃i. et conf. L̃c.
	g	xiiij	Octaua s. Martini L̃c.
xvij	a	xiij	Sancte Elyzabeth.
vj	b	xij	
	c	xj	Columbani abbatis et conf.
xiiij	d	x	Cecilie uirginis
ij	e	ix	Clementis pp̃e et mr̃is.
	f	viij	Grisogoni m̃r. L̃c.
xj	g	vij	Katherine uirginis
	a	vj	
xix	b	v	
viij	c	iiij	
	d	iij	Saturnini cum soc. D. Hora x̃. Vigilia.
xvj	e	ij	Andree apostoli

Kl December habet dies xxxj.

v	f	Decemb.	
	g	iiij	
xiij	a	iij	
ij	b	ij	Barbare uirginis
	c	Noñ.	
x	d	viij	Nycolai ēpi. et conf.
	e	vij	Octaua s. Andree D. Hora pā.
xviij	f	vj	Concepcio s. Marie
vij	g	v	
	a	iiij	
xv	b	iij	Damasi pape et conf.
iiij	c	ij	
	d	Idus	Lucie uirginis
xij	e	xix	Januarij
i	f	xviij	
	g	xvij	
ix	a	xvj	Lazari epiſc. ⋆
	b	xv	
xvij	c	xiiij	
vj	d	xiij	
	e	xij	Thome apl̄i
xiiii	f	xj	D. Hora vī.
iij	g	x	
	a	ix	Vigilia.
xj	b	viij	Natiuitas dn̄i nostri ihū xp̄i
	c	vij	Stephani prothomartiris
xix	d	vj	Johannis apl̄i et ewangl̄te.
viij	e	v	Sanctorum innocentū mr̄m.
xvj	f	iiij	Thome ēpi et m̄r.
v	g	iij	
	a	ij	Siluestri ēpi et confessoris.

OSZK Országos Széchényi Könyvtár

Lun̄. xxx.

Obitus bone memorie Thome archiep. Strigoniens. Anno Dñi M°CCCLxx°v°.

Obitus honorabilis viri dñi Thome archidiaconi Gwmuriensis anno dñi MCCCLXXX^mo *primo qui inter alias testamentarias dispositiones suas legavit fundum curie sue, penes fundum Curie maioris prepositi situm, a parte occidentali adiacentem, successoribus in eodem habitantibus, quorum quilibet tenebitur solvere dñis prebendariis singulis annis triginta compactationes pro qualibet tres cum candelis et idem tenebuntur pro eisdem cantare in porticu unum placebo cum missa pro defunctis.*

Obitus Reverendi dñi Joannis de Kermendh lectoris et Canonici ecclesie Strigoniensis, atque prothonotarii apostolice sedis hora sexta post meridiem Anno dñi 1531.

Obitus venerabilis viri dñi Johannis Wyuaras Prepositi Sancti . . . de Castro Strigoniensi anno dñi millesimo CCCC decimo octauo.

OSZK
Országos Széchényi Könyvtár

ORDINARIUS

SCEPUSIENSIS SIVE STRIGONIENSIS

SAECULI DECIMI QUINTI E CODICE MANUSCRIPTO

BIBLIOTHECAE

R. UNIVERSITATIS BUDAPESTINENSIS

MODO PRIMUM EDITUS.

OSZK
Országos Széchényi Könyvtár

DE ORDINARIO STRIGONIENSI SÆCULI XV. MANUSCRIPTO COMMENTATIO.

Hymnario adiungimus *Ordinarii* Scepusiensis, sive rectius *Strigoniensis* Sæculi decimi et quinti, qui ad hunc usque diem latuit, editionem. *Ordinarius* dicitur libellus, quem hodie *Directorium* vocamus. Nihil hic adtinet: de Ordinariorum in universum raritate, origine, utilitate, disputare, de quibus copiose quinque abhinc annis scripsimus: in observationibus selectis de rarioribus quibusdam libris liturgicis Ecclesiæ in Hungaria.

Quæ hanc in rem inquiri h. l. debent, duo sunt, *codex* iuxta cuius fidem textum recensuimus, in se delineandus est, et *Ecclesia* cuius causa Ordinarius olim conficiebatur, inquirenda. Codex noster, hodie Bibliothecæ regiæ Universitatis Budapestinensis [V. Catalogum codicum Bibliothecæ Universitatis r. scientiarum, Budapestinensis. Budapestini. 1881. p. 57. seq.] theologicus latinus n. 73. signatus, ex eorum genere esse reperitur, quos codices mixtos vel miscellaneos adpellant, et qui non uno sed pluribus scriptoribus, quorum aliqui se nomine suo vocant, inter quos attamen nullus sæculo decimoquinto posterior, habetur.

Codex chartaceus, fol. 403, o. 15, 5. × 10, 5., charactere maximam partem gothico, sed et recentiori s. d. cursiuo exaratus, ligaturam sæculi XVI. præsefert, ligneis quippe tabulis corio vestitis coopertus atque est monogrammate B. Mariæ V. et scutorum cum aquila ornamentis, genium S. XVI spirantibus, distinctus. Cetera iam a. 1507. compactus exstitit. Enimvero in thecæ anteriori parte intus legitur: 'liber domini *Johannis plebani Giluitzensis.* 1507. obiit.' Nunc vero domini *Cristofori* in leubitz plebani *pro nunc:* deinde continua scriptura *Thome de monte Georgii* 1515. in capitulo Scepusiensi. Item additur, anno domini 1516. obiit Stephanus Mariassy. In menbrana vero, quæ codici chartaceo præmittitur habetur: Liber domini *Thome* de monte diui georgii anno domini 1516. Sub hoc epigraphe: Collegii Tyrnaviensis Societatis Jesu 1628. Denique in menbrana ad finem libri f. 402. b. rursus repetitur: Anno xristi 1517. Thome sum de monte diui Georgii. Suppressa Societate Jesu viri celeberrimi Georgii Pray fuit, ut patet ex eius literis ad D. Cornidem die 22. Jan. a. 1778. datis. [Cf. Horvát I, a magyar nyelv régi maradványairól. Tud. gyüjtem. Pest 1835. V, 95. seq. Csontosi J., Aranyasi Gellértfi codexe. M. Könyvszemle. Budapest. 1879. p. 69. seq.] Instituta collatione adparuit codice nostro episcopum Ignatium com. de Batthyán [† 1798.] usum fuisse in opere, cui inscriptionem fecit: Leges Ecclesiasticæ Regni Hungariæ. Volumine quippe III. quod post fata illustrissimi antistitis Claudiopoli 1827. lucem vidit, edita statuta synodalia alme ecclesie Strigo-

niensis sub Demetrio Cardinale et Archiepiscopo nostro Codici [82—108] debentur. Fatetur id ipsum episcopus his verbis: ‚E mss. Bibliothecæ Societatis Jesu Tyrnaviensis, ex qua dum adhuc superstes esset, mecum communicata fuere.‘ [P. 260.] Idem porro editor [III, 507.] textum satis luxatum, et ex parte mancum nostri libri vulgavit: in Constitutionibus synodalibus, Synodi celebratæ 1460. in Lewtschowia.

Codex licet magnæ antiquitatis non sit, rei tamen literariæ ecclesiasticæ patriæ nostræ studiosis maximi est usus, et vel ideo summo in pretio habendus, quod quosdam libellos contineat, qui ex hoc solo codice innotuere. E. g. Ordinarium nostrum Scepusiensem sive Strigoniensem. Verum antequam de hoc quidquam commentemur, ipse liber manuscriptus accurate inspiciendus est. Continet sequentes tractatus: et quidem numero triginta:

1. Folium primum, in menbrana habet titulum: In hoc libello continentur tractatuli. XVI. utilissimi. Post hæc parænesis in qua fit provocatio ad s. Augustini librum super Psalmos. Eodem folio v. reperitur Carmen de agno Dei. Agni Dei sic dicti a figura agni, quæ super cera a Pontifice benedicta, imprimitur. Quo autem ritu numismata ista distributa fuerint, narrat Ordo Romanus I. XI. XII. ed. Mabillon p. 31. 163. 203., et liber qui sub nomine Alcuini circumfertur, de diuinis officiis c. XIX. ed. Migne II, 1215. s. Pergit codex: *He sunt virtutes agni dei* seu agnus dei modo infrascripto confecti: 'Balsamus et munda Cera cum Crismatis vnda —

Vulnera quinque dei sunt medicina mei.' Hi versus differunt ab iis, qui apud Macrum leguntur, Hierolexicon p. 36. De hoc argumento librum congessit Augustinus Cardinalis VALERIUS a St. Borgia ill. Romæ. 1775.

2. *'Incipit rubrica Strigoniensis* Et primo in adventu domini 1. a.—38, b. usque ad dominicam Vidi dominum et cet'. Hanc rubricam per integrum contextum reddentes, folia codicis numeris arabicis signata uncisque clausa, addita littera c. dedimus.

3. Ab eadem manu 39. a. Sequitur tractatus *de arte moriendi* — Cum de presentis exilii miseria mortis transitus — 57. b. super omnia necesse est, vt prius ante quam mors occupat mori discat. Et sic est finis huius tractatus. Tractatus iste, iam xylographice editus [v. E. Bodemann, xyl. u. typogr. Inkunabeln der k. ö. Bibl. zu Hannover. Hann. 1866. p. 22. seq.] et ab incunabulis typographiæ frequentissime typis descriptus est. [Cf. Hain n. 1831. seq. Verz. der Incunabeln der Stiftsbibl. von St. Gallen. Ib. 1880. n. 1327. ubi Dom. Capranicæ p. 222. adtribuitur.]

4. 58. a.—60. a. Sequitur *Rubrica de simbolo maiori* quando scilicet ipsum cantari vel legi debet semper in *Ecclesia scepusiensi.* E collectali maiori. ‚*Nota de symbolo maiori* quando cantari aut legi debeat ex collectali maiori capituli scepusiensis scripta.' Manu utcumque Thomæ de monte divi georgi [Szentgyörgyhegyi], cuius erat teste inscriptione fol. 1. perg. 1515. codex. Hanc notam p. 567. per integrum typis descripsimus.

5. *Praefatiuncula cuiusdam recentioris in constitutiones Synodales scepusienses* a. 1460. 60, b. huius tenoris: 'Constitutiones sinodales inmediate hic infra sequentes edite sunt per Reverendum Dominum Johannem Stock Silezitam arcium et medicine doctorem, phizicum Domini Sigismundi regis Vngarie ac Romanorum imperatoris semper augusti, Marchionisque Brandenburgensis, promulgate in inclita Vrbe Leutscha Metropolitana Scepusiensi. In sinodo ibidem pro tunc celebrata per eundem Reverendum Dominum Johannem Stock anno Domini Millesimo Quadringentesimo super sexagesimum. 1460. Qui obiit Budæ ibidem anno domini 14[64].

6. 61. a.—81. b. Constitutiones Synodales per J. Stock pr. editæ. Quas iam C. Péterffy, Concil. s. I, 189. seq. typis describi fecit e quodam codice archiepiscopali Strigoniensi: 'uno quasi anhelitu sine interpunctione, scripto.

7. *Statuta Sinodalia alme ecclesie Strigoniensis,* Demetrii [c. 1382.] Aeppi. 82. a.—108. b. Eadem manu ut n. 6. [Latuit C. Péterffyum, V. S. Concilia Ecclesiæ Romano-Catholicæ in Regno Hungariæ. Viennæ. Austriæ 1742. I, 172. s.]

8. *Modus predicandi sequitur.* Jesus christus tocius ecclesie pastor et pater ac salvator dulcissimus ad hec inter alia dignatus est 109. a.—144. b. Ideo dicta sufficiant attamen eatenus quotidie accedamus istis penitus promissis, sit deus benedictus. Amen. finis. Huiusmodi tractatus e s. Thoma Aq. et aliis scholasticis excerpti, inter incunabula recensentur: Hain, 1362., Verz. der Incun. v. s. Gall. n. 97. 1408.

9. Adnotationes casuisticæ, morales, homileticæ, scripturisticæ, canonisticæ a quodam anonymo compilatæ, quæ incipiunt 145. a. Emendemus in melius. Queritur quomodo potest homo condemnari probabiliter — 150. b. In excerpto ad s. Thomam, mentio fit cuiusdam doctoris donbrowka? — 154. b. Articuli symboli XII. secundum scripta prophetarum. Et primo inquit Petrus Credo in deum patrem omnipotentem creatorem celi et terre. Jeremias Patrem inuocabis qui terram fecit et celum. 155. b. L. super Credo. Excipit hanc seriem continuatio adnotationum, inter has: Juris canonici partes. Finit scriptura huius manus 166, b. cum: Scribit s. Gregorius Mauricio regi — debita reuerentia impendat. 167. a. b. alia: de non contrahendo matrimonio contra interdictum Ecclesie 167. a. Contra hereticos. Primo quicunque est dubius in fide, infidelis est — XXV. 9. 1. violatores et q. II. Si quis. 167. b. Demum f. 168. a. De contrahentibus sponsalia sub condicione prout habetur infra: Paulus Hunth arcium ac decretorum doctor vester ad vota. Euaugelico viro Bartolomeo predicanti in Ecclesia fratri suo carissimo salutem plurimam dicit. . . . ex Riuulo dominarum ante vrbanum 1479. — 168. b. ab alia manu: Ca XVI. q. II. Coercentur clerici et laici, qui moriencium clericorum audent bona diripere. De laicis quando factum est quod morientibus Episcopis siue clericis — in VI. synodo legitur.

10. 169. Scriptura Thomæ de monte s. 9.: Libellus sane pulcherrimus et vtilissimus. Deinde manu antiquiori: *Incipit liber Bonaventure domini Cardinalis de*

doctrinis Clericorum, quibus scire poterunt modum perfecte vivendi quotidie prout deo obligantur. Omnis creatura deo seruire obligatur, quia omne quod habet, ab ipso habet. — 181. a. Pecuniam odito, paupertatem ama in omnibus, fuge mulieres, esto compaciens afflictis, castus in omnibus siue corde, ore et opere: Crysostomus. Post hæc: Expliciunt, doctrine bonaventure domini Cardinalis, bene valentes pro Sacerdotibus quantum ad modum vivendi perfectum. Sub anno domini 1. 4. 6. 9. in leutschaw — per Johannem Gerhardi de Aranijas scriptæ f. IIII. quatuor temporum penthecostes finite anno eodem quo Idem Johannes novam missam in dei honorem decantauit., 181. b. vacat.

11. Quaternione evulso sequens tractatulus 182. a.—184. b. mutilus est: immundo quando fit cum peccato — Quod ipse nobis præstare dignetur, qui sine fine regnat et vivit deus amen. '*Excerpta ex tractatulo s. Bernhardi agens de eo, quomodo Sacerdos se habeat, ante, infra et post officium diuinum. Sit laus deo 1469. per Johannem Gerardi* nouellum presbyterum'. Ceterum tractatulus iste spurius est.

12. 185. a.—187. b. *Epistola hieronimi ad paulinum presbyterum.* 'Obsecro te pauline carissime ut multitudines hominum et salutationes, et quidem veluti quasdam cathenas fugias — in omni gradu et sexu boni et mali reperiuntur, malorum quidem damnacio, laus vero bonorum sit. *Hec Jeronimus in epistola ad paulinum presbyterum.*' Ista manu eiusdem J. Gerhardi descripta epistola sup-

posititia est, ut legenti s. Hieronymi epistolam ad Paulinum L. VIII. ed. Vallarsii Ven. I, 318 seq. facile persuadebitur. Enimvero præter pauca verba e citatæ epistolæ n. 6. p. 323. seq. sumta, reliqua alterius cuiusdam scriptoris sunto.

13. 188. a. 'Assit principio sancta maria meo. Exquo Canones penitenciales — presedit. Nota quando festum Johannis baptiste — Hec thomas lector, canonicus et vicarius in Scepusio 1. 4. 7. o. — 188. b. *Sequitur tractatulus pulcher de custodia quinque sensuum.*

14. *De custodia Quinque Sensuum.* 189. a. Quanta mala incurrunt, qui exteriores suos quinque sensus non habent in custodia. — 206. a. Hec est racio quod dominantes vel fortes odores sucomorum, herbarum, pomorum uel aliorum fructuum incipiunt capita dolere penetrent oculos et aures. Hic 1470. per Johannem Roznaw — editus ac Gerardum scriptus est.

15. 206. b. *Pro adulteris per Roznaw collectus.* Adulteri grauiter peccant quia faciunt contra sanctum matrimonium quod ipse deus instituit. — 208. a. Item Septennii pena edicitur pro quolibet peccato mortali, ut notatur XXX. q. 4. in glossa sc. ut supra si pater. Manus Gerardi.

16. 208. b.—209. b. *De fornicacione* presbyteri a magistro valentia conscriptus. Simplex fornicacio sacerdotis est carnalis copula confessarius caueat ne seipsum damnet et confitentem. — Hec extant in proprio minori libro 1. Rubrica t. rubro ·|.

17. 210. a. *Nota de Quadragesima.* Clemens papa

primus instituit Quadragesimam — quibus annis expletis licuit ipsi dominico corpore communicari. 210. b. et 211. a. b. vacant.

18. 212.—8. a. Tractatus anonymus: 'Miror de clericis cuiuscunque ordinis sint—quia nescimus diem neque horam, qua potens deus de seculo nos emigrare iubeat. Amen.' *Exhortatio moralis ad clericos* e S. S. et s. s. Patribus super virtutes necessarias. 217. b. in margine summo Thomas de m. s. G. adscripsit: De luxuria quam detestanda sit. 218. b. et 219. a. b. vacant.

19. 220. a. Ex tractatu super *omnis utriusque sexus*. 'Omnis utriusque etc. hac significatione potestas hic distinctione non collectiua. — 262. a. Et hec sufficient, de hac vltima penitentia in laudem dei et profectum agnorum conscripta docebunt. E lectura domini h. de Odendorf Juris utriusque et arcium professoris super omnis utriusque sexus de penitenciis et remissionibus. 1. 4. 7. 6. Henricus de Odendorff de Colonia cap. omnis utr. sex. in alma Universitate Vindoboensi explicuit, et super eo libellum compilavit, qui a. 1490. Meningæ lucem vidit. Cf. Hain n. 11957. III, 521. 2. J. Aschbach, Geschichte der Wiener Universitaet. Wien. 1865. p. 408. 9.

20. *Lecturae decretalis*, omn. u. s. ab ODENDORFF compilatæ, f. 249. a.—255. b. inserta sunt compactoris oscitantia: 'Excerpta e sacramentali ven. doctoris Nicolai de Blouia, [r. Plovius. c. a. 1440.] ubi plurima invenies que causa breuitatis omisi. 1470.' — 256. a. b. Dubium vero omnis tactus mulieris aliene sit mor-

tale peccatum, Respondetur, quod quilibet tangens vel amplexans alienam mulierem peccat — ut peccata sua diligenter confitebitur, secundum quod propositum est alibi. — 257. a Sequuntur excerpta breuia ex Summa. Innocencii Notandum docet Innocencius in sua Summa. Nunquam desinat dolere de amisso, qui nouit gaudere de dei promisso — in purgatorio quod hoc nunquam fecit. Hec e summa Innocencii collecta ad presens sufficiant 1470. — 261. b. Agit collector de sacramento confessionis iuxta summam s. Thomæ et Innocentii. — 262. b. et 263. a. b. vacant.

21. 264. a. *Augustinus de utilitate psalmorum* dicit: Si deinde fueris tribulationibus humanis uel spiritualibus undique anxiatus ne desperes adeo te derelictum — sed puro corde rogando ac salutando decanta daviticos septem psalmos etc. 264. b. Apostolus. Vir non debet orare velato capite — ac non obediens apostolo contradicit. Crys. Hora intrandi balneum. Medicamen pro podagra.

22. *Monitum ad confessarios.* 265. a. b. Postquam peccator seu confitens coram deo et vicario suo humiliter — supplebitur quod minus plene scriptitaui.

23. Tractatus *de Ira secundum Damascenum* sic deffinitur: Est notabilis perturbacio mentis 266. a.— 267. b. Homo uere obediens homini nocere non potest. Hys raptim conscriptis contentorum modo, quia occupatus alys plura nunc scibere nequeo. Anno 1470. Leutschouie sabbato ante palmarum. *Hamar Jambor Ember.*

In eodem foliolo: ‚Ex tractatu super omnis vtrius-

que sexus' particula: Hoc signum — honor, non singulorum amen. Folia 268—271. a. vacant.

24. 271. b. Tabula s. d. numerorum aureorum cum subscriptione: '*Duci vult sursum, par vult impar quando deorsum. Tandem dextrorsum numerus notat ebdomadas*' pro interuallo a duobus taxillis ab a° 1464. inclusiue usque ad annum 1483 exclusive. F. 272—5. a. vacant. 275. b. scriptura sec. XVII. sententiæ morales lingua germanica et latina.

25. Ex *Hugone de s. Victore.* Senes loqui debent de distinctionibus bene consulendi — hec quarta dies indulgetur 276. a. — 277. b. Qui cito dat, bis dat
nescit dandum qui dare tardat
male dat qui bona retardat.

26. Aduersaria cuiusdam qui lingua theotisca ad concionem dicens, latina verba in idioma ipsi vernaculum transtulit 277. a.—292. a. A Dominica Infra octauam natiuitatis xristi: Dum medium silencium. Ad Galathas Quanto tempore, wij lange. t. wifilzeit — Dominicam XXV. et vltimam Estatis et hiemis Dixit dominus Leccio Hieremie prophete — nasu eleuato loqui ad modum aquile, langhabischs naze, krump naze, F. 292. b. vacat.

27. 393. a. *Historiae Novi Testamenti metricae cum glossa:* A patribus genitum texit de xriste matheus — 335. Ob fidei verbum disscinditur ycconii plebs Erigitur claudus dii reputantur ibi. Singulare 335. b. habetur Registrum in psalterium quovis nocturni — Beati quorum remisse sunt XXXII., cum tamen 336. a. continuentur Biblia versificata: Per petrum gentes communicandi reprobantur, Post iacob

swadet sc. barnabe gentibus hoc. Quare paulus socium linguat etc. 353. b. Apocalypsis inchoatur: Ad septem nunc ecclesias apocalypsis testatur — quod Angelus ostendens se ne adoret ait.

28. *Tractatus de confessione* peccatorum ad modum s. d. speculorum e diversis scriptoribus collectus et exemplis illustratus. 356. a. Letare filia Syon et inhabitabo in medio tui, hec verba dicit dominus per Zachariam prophetam ij. ca. Nam syon dicitur quelibet fidelis anima — 389. a. quia humilitas, qua verbum Dei cor eius illuminavit et ad bonum propositum eduxit etc. — *Finitum sabbato ante Margarethe anno lxij°* per Jo. Gerhardi de Aranijasch pro tunc Scolasticum in Quintofforo. Laus deo Jesu meo. 1. 4. 6. 2.

29. 389. b. *Narratiuncula de virgine valde devota* sed impacientissima. Erat quedam virgo — debet studere homo pacienciam habere, quia necessaria est ad salutem., 390. et 391. vacant.

30. 392. a. *Incipit tractatulus de regimine pestilencie.* In honorem sancte trinitatis ac virginis marie gloriose ad vtilitatem reipublice Sic per conservacionem sanorum et reformacionem lapsorum volo aliqua de pestilencia scribere ex dictis medicorum magistrorum autenticorum breviter compilando. Que pestilencia nos frequencius invadit, quam ipsos antiquos. Et ideo pauci antiqui ab ea invasi de ea potuerant aliquid dicere. — 400. a. Et sic quo ad prius dicta de pestilencia sufficiant. Dummodo quis se rexerit secundum modum predictum huius morbi contagiosi seu pestilencie periculum euadere posset,

prestante domino nostro Jesu xristo sine quo nil fieri potest, qui est omnipotens et gloriosus laudabilis et benedictus in secula seculorum. Amen.

Scriptum in leutschaw f. V. in festo diuisionis apostolorum per Joannem Gerardi hospitalensem qui venerat de predicatura Iglowiensi aput honorabilem fratrem suum perdulcem commorans. 1. 4. 7. 3.

Sepe pater nequam prolem sibi procreat equam
Et filia leuiter sequitur matris iter.

400. b. Manu sequiori: Notandum tempore pestilencie — nunc ab alia manu. 401. a. vacat. 401. b. Fragmen paræneticum: Celebritati laudabilis. 402. a. Adnotatio chronologica. 402. b. Recipe medicum versus 7. Casibus hys quinque damnatur omnis.

* * *

Librum quem edimus: *Ordinarium* inscripsimus *Strigoniensem*, sæculi decimiquinti, nihil hæsitantes. Ast tenor Ordinarii non est integer, sed deminutus, lacunosus, per epitomatorem, qui circa dimidium sæculi XV. vixit atque illum in usum Ecclesiæ Scepusiensis abbreviavit. Ad principem in Hungaria Ecclesiam pertinere haud pauca demonstrant. Jam titulus libelli: ‚*Incipit Rubrica Strigoniensis*' monstrat, compilatorem diuinorum officiorum ordinem et liturgiæ sacra iuxta consuetudinem metropolitanæ Ecclesiæ Strigoniensis descripsisse. Non semel provocat ad consuetudinem Strigoniensem [Infra Octau. Epiph. P. 505.], ad chorum Strigoniensem [Dom. III. Adv. p. 488. Item p. 490. 511. Purific. B. Mariæ V.], ad modum

Strigoniensem [Annunc. B. Mariæ V. Pag. 517.]: suffragia eadem fieri præcipit, quæ in Ecclesia Metropolitana canebantur; ubi de processionibus instituendis loquitur, semper commemorat Ecclesiam S. Stephani Strigoniensem P. 551., 558., 564., quæ in confirmatione donationis Valentini cantoris a. D. 1272. 20. Nov. a rege Ladislao IV. vocatur Ecclesia processionalis seu capella, sancti Stephani protomartiris: vbi beatissimus Rex Stephanus sanctum nomen suum proprium et nativitatis suæ pronunciacionem per os s. Stephani prothomartiris omnipotentis dei veri nuncii recepit. [Knauz, Monumenta Ecclesiæ Strigonensis. Strigonii. 1874. I, 608] Sita erat hæc Ecclesia in colle meridionali et occidentali, pone Ecclesiam Cathedralem: [Cf. J. N. Mathes, veteris arcis Strigoniensis descriptio. Strigonii. 1827. p. 19. s. Knauz, l. c. p. 30.]

Verum enimvero superest quærere: quis Rubricam, ut ipse adpellat Strigoniensem excerpserit, quo exemplari usus fuerit, cuius iussu laborem occeperit? Primum igitur dicere oportet, epitomatorem hominem non multarum literarum fuisse, qui liturgicæ linguæ haud bene gnarus persæpe vocum invertit sensum, et in describendo peccavit. Scepusii Ecclesias Sedi metropolitanæ Strigoniensi subiectas magno numero testimoniorum probari posset, e quorum numero unum elegimus e Sæculo XIV. a. 1302. 24. Jan. emanatum, in quo sub magistro Gregorio el. Archiepiscopo Strigoniensi, electio ipsa et confirmatio præpositi Scepusiensis ad Archiepiscopum Strigoniensem iure nativo spe-

ctare vindicatur. [Cf. Knauz, Monumenta Eccleiæ Strigoniensis Strigonii. 1882. II, 502.] Certe in Proloquio ad Synodum Leutsowiæ 1460. præpositus Stock, qui eam convocavit, fatetur: se id propterea fecisse, ut prout tenemur alme Ecclesie Strigoniensis statuta Synodalia immota firmitate stabiliter seruentur.

Haud obscurum est præpositum supralaudatum J. Stock, qui ab anno 1433. ad a 1464. præpositi munus gerens, Clero cui præfuit pietate et doctrina præluxit, [Cf. C. Wagner S. J., Analecta Scepusii sacri et profani. Viennæ. 1773. I, 330. seq. III, 56. s. St. Weszprémi, succincta medicorum Hungariæ et Transilvaniæ Biographia. Lipsiæ. 1774. I, 176. s.] alicui Beneficiatorum comisisse, ut Ordinarii Strigoniensis apographum in usum Ecclesiæ Scepusiensis pararet: quippe qui canone XXXIX supra laudatæ synodi præcipit: ‚volentes itaque Ecclesiam nostram et omnes alias nobis subjectas, eo quo possumus et debemus modo alme ecclesie Strigoniensis moribus et *ritui* conformare, statuimus: ut omnes clerici, beneficiati nostræ jurisdictioni subjecti, se dicte Ecclesie Strigoniensi in *horis* canonicis districte et intelligibiliter per eos legendis, quantum possunt conforment'. Canone vero CXLII. jubet ut iuxta consuetudinem metropolitane Ecclesie Strigoniensis choro superpelliciati interueniant. Canone item XLV. desiderat: ‚ut quilibet prelatus, canonicus, sed et quilibet plebanus statuta synodalia alme Ecclesie Strigoniensis apud se habere teneatur.' Demum c. XXXIX. de Festis celebrandis ordinat:

Vt *circa festa* in ecclesiis nobis subiectis concors et perpetua secundum observanciam alme ecclesie Strigoniensis celebranda *vnio et conformitas* habeatur. Juuat ipsum decretum totum e codice nostro, in quo fol. 78. v. 79. et 80. a. legitur, hoc loco attexere:

Secuntur festa que sunt celebranda secundum constitutionem alme ecclesie Strigoniensis.

Vt circa festa, que in ecclesiis nobis subiectis concors et perpetua secundum observanciam alme ecclesie Strigoniensis celebranda vnio et conformitas habeatur: Statuimus ut infra scriptis diebus tam clerici quam laici a seruilibus operibus abstineant et dies infra scriptos cum omni veneracione et decencia celebrent.

Januarius habet 31. dies

Item { *Circumcisio domini prima die* / *Epiphania domini sexta die* / *Conuersio sancti pauli 24. die* } Januarii.

Februarius habet 28. in anno communi, in bissextili 29.

Item { *Purificacio beate Marie secunda die* / *Mathie apostoli XXIIII. die* } Februarii.

Marcius habet dies XXXI.

{ *Gregorii pape confessoris XII. die* / *Annunciacionis beate Marie XXV. die* } Marcii.

Aprilis habet XXX. dies

Festum gloriosi principis et martiris Adalberti .... *XXIII. die*
Georgii martiris .... *XXIIII. die*
Marci ewangeliste .... *XXV. die.*

Item *Resurreccionis domini cum duobus sequentibus diebus.*

Ascensionis domini.

Penthecostes cum diebus sequentibus.

Festum sancte Trinitatis.

Festum corporis xristi quinta feria post trinitatem solempniter cum portacione corporis cristi et cantu celebretur.

Maius habet XXXI. dies.

Philippi et iacobi apostolorum prima die
Inwencio crucis secunda die } Maii.

Junius habet dies XXX.

Johannis Baptiste XXIIII. die
Ladislai Regis Vngarie XXVII. die
Petri et Pauli apostolorum XXIX. die. } Junii.

Julius habet dies XXX.

Visitacionis beate marie virginis secunda die
Margarethe virginis .... *XII. die*
Marie Magdalene .... *XXII. die* } Julii.
Jacobi apostoli .... *XXV. die*
Anne matris marie .... *XXVI. die*

Augustus habet dies XXXI.

Laurencii martiris	*X. die*	
Assumcionis Marie	*XV. die*	Augusti.
Stephani Regis hungarie	*XX. die*	
Bartholomei Apostoli	*XXIIII. die*	

September habet XXX. dies.

Natiuitas Marie	*VIII. die*	Septembris.
Exaltacio sancte crucis	*XIIII. die*	
Mathei apostoli et ewangeliste	*XXI. die*	
Dies Angelorum sancti michaelis	*XXIX. die*	

October habet XXXI. dies.

Luce ewangeliste	*XVIII. die*	Octobris.
Simonis et Jude apostolorum	*XXVIII. die*	

Nouember habet XXX. dies.

Omnium sanctorum prima die		Nouembris.
Emerici ducis	*V. die*	
Martini confessoris	*XI. die*	
Elizabeth vidue	*XIX. die*	
Katherine virginis	*XXV. die*	
Andree apostoli	*XXX. die*	

December habet XXXI. dies.

Nicolai confessoris	*VI. die*	Decembris.
Concepcionis marie	*VIII. die*	
Thome apostoli	*XXI. die*	
Natiuitas Xristi cum tribus	*XXV. die*	

Stephani prothomartiris	*XXVI. die*	Decembris
Johannis ewangeliste	*XXVII. die*	
Sanctorum Innocentum	*XXVIII. die*	

Item omnes dies dominicos sollempniter celebrare et celebrare precipere, quelibet ecclesia parochialis diem patroni sui in honorem cuius est fundata. Anniversarium siue diem dedicacionis, quilibet in sua ecclesia faciat celebrare.

Ex his abunde patet quæ Ordinarii nostri origo sit. At dilucidare oportet, qua ratione abbreviator in suscipiendo labore usus sit. In officiis ‚*de Tempore*' recensendis diffusior et accuratior, in festis Sanctorum brevior et minus correctus esse reperitur. Maxime occupatur horis canonicis et officio B. Mariæ Virginis, de quibus sæpius oblitus eius quod iam adnotauit, easdem rubricas rursus repetit. Omittit s. d. stationes in processionibus E. Metropolitanæ Strigoniensis et E. Agriensis adeo frequentes, et quod magis dolendum, pene mancus est in describenda liturgia hebdomadæ maioris. Feria quinta in Cœna Domini, quam Veteres ‚*Natalem Calicis*' dixere, quæ dies adeo multiplici rituum varietate distinguitur, nulla ut per anni circulum feria ei valeat æquiparari, solum fere *mandatum* commemorat. De feria autem sexta in Parasceve ex integro tacuit. Mirum est etiam Missale Kálmáncsehianum 1481—41. pro feria hac sicut et pro Sabbato sancto, nullam liturgiam continere. [V. p. 106.] Paucissimus est epitomator in festis Sanctorum a Nativitate Domini ad Pascha exhibendis; festa vero

post Pascha usque illud s. Barnabæ omnino prætermisit.

Pro qua Ecclesia compilator libelli istius Rubricas metropolitanæ Strigoniensis congesserit nullibi dicit, sed coniectura haud ita difficili potest colligi. Ut enim ex adnotationibus, Thomæ lectoris et canonici Scepusiensis a. 1471. iterato factis, et alterius cuiusdam anonymi Leuschoviæ 1471. satis clare patet, hoc opusculum ad usus *Ecclesiae Scepusiensis* concinnatum fuit. Valde autem mireris in suffragiis s. Martini Ep. nullam fieri memoriam.

In calce commentationis nostræ non erit abs re addere, nos textum Ordinarii, ea fide reddidisse, ut adfirmare non vereamur, parum vel nihil a calamo menteque abbreviatoris abesse. Inseruimus, sed alio charactere, liturgiam feriæ VI. in Parasceve ex Ordinario Agriensi 1509. descriptam. Subiecimus ad calcem e libris aliis liturgicis manuscriptis et incunabilis rarissimis quædam auctaria; nec non observationes quæ ad libelli huius illustrationem conducere possunt. Denique Hymnorum, ubi commemorantur, si ab illis differunt, qui hodie in Breuiariis recitantur, primam stropham semper adposuimus.

INCIPIT RUBRICA STRIGONIENSIS. ET PRIMO IN ADVENTU DOMINI.

Nota rubrica de aduentu domini fit primo quod debeat incipi antiphona de aduentu, videlicet: A diebus antiquis. Et ista antiphona a diebus antiquis debet incipi die sabbati proxima ante aduentum domini et cantatur per totum aduentum. Item plura suffragia non debent fieri per totum, nisi de beata virgine et dominicalibus et de omnibus sanctis. Similiter in missa diei dominice aduentus domini debent fieri tres collecte tantum scilicet prima de dominica semper, secunda de beata virgine et tercia de omnibus sanctis. Item gloria in excelsis deo non dicitur in dominicis diebus aduentus domini. Sequentia: *mittit ad virginem* usque ad natiuitatem domiui omnibus diebus dominicis dicitur [1]. Item credo dicitur prefacio cottidiana. Item ite missa est non dicitur in fine, sed debet dici benedicamus omnibus dominicis diebus aduentus domini.

Item in matutinis aduentus domini dicitur ita: antiphona ad primam partem nocturni, antiphona prima hora est. Ad secundam partem nocturni antiphona scientes quia. Ad terciam partem nocturni nox precessit. Item ad primum responsorium in matutinis dicitur gloria patri et repetitur responsorium primum usque

a principio. Sed ad tercium responsorium iam gloria patri non dicitur. Item ad sextum et ad nonum responsorium gloria patri dicitur. Et nonum responsorium repetitur a principio propter: te deum laudamus, quia in aduentu domini te deum non dicitur. Item versiculi in aduentu domini dicuntur sic, primo egredietur virga, secundo egredietur dominus de loco, tercio ex syon species eius emitte agnum. Item ad primam dominicales dicuntur semper sive in aduentu domini, sive habeant proprias laudes sive non, ita antiphona debet dici Betlehem non es minima. Item responsorium ad primam in aduentu domini, sive dominicis diebus sive ferialibus dicitur sic: Criste fili, qui es venturus in mundum. V. Emitte domine agnum. Ad terciam antiphona hora est. Ad sextam Scientes. Ad nonam nox precessit, quæ antiphonæ dicebantur ad psalmos nocturnales. * [*In margine hic notandum.*] Item die dominico aduentus domini ad secundas vesperas dicuntur antiphonæ ad psalmos vespertinos de laudibus et responsorium nonum. Item notandum in aduentu domini sabbatis diebus, quando vesperæ secundæ alicuius festi leguntur tunc nullum suffragium dicitur, sed sumitur cum sua collecta versus quo secundæ finiuntur.

Item in die dominico aduentus domini. De beata virgine homilia cottidiana non legitur, sed sabbato proximo ante aduentum domini cottidiana homilia beate virginis cum matutinis et omnibus horis, primis et secundis vesperis et completorium perficitur. Item in aduentu domini quando de sanctis tenetur, videlicet de sancto andrea, de sancta barbara, de sancto nicolao, tunc nullum suffragium debet fieri præterea nisi de dominica et omnibus sanctis, post orationem diei festi. Similiter in missa et in secundis vesperis. Item in

aduentu domini quando de sanctis peragitur ferialibus diebus tunc Te deum, Gloria in excelsis, Ite missa omnia dicuntur. Item ut superius dictum est, quando versiculi dominicales ad psalmos nocturnales dicebantur iidem versiculi debent dici ad horas paruas dominice, pro responsorio dominicis, diebus.

Item [2. c.] in diebus ferialibus quando officium feriale sumitur, tunc ympnus diebus ferialibus, matutinum cum laudibus ferialibus vesperis et cum suis antiphonis propriis ferialibus psalmis consuetis debent legi item in eodem feriales. In aduentu domini antiphonæ feriales quæ sunt post psalmos nocturnales. Item *ympnus* ad vesperas tam dominicales quam feriales *conditor alme.* Ad laudes ympnus *Vox clamantis.* Item antiphonæ ad benedictus et ad magnificat dicuntur semper dominicales, si in diebus feriys proprie antiphone in ordine breviariy non existunt. Item diebus ferialibus in aduentu domini post orationem dominicalem dicitur suffragium de beata virgine. Etsi etiam de aliquo festo illo die occurrenti vel de octavis hinc occurrentibus debet dici primo fit suffragium et ultimo de omnibus sanctis. Item diebus feriys, quando feria peragitur, siue habeat proprias laudes siue non, antiphona prima ad primam Salvatorem expectamus. Ad terciam antiphona veni de libano, ad sextam Tuam domine, ad nonam antiphona In tuo aduentu. Item responsorium feriale ad terciam veni ad liberandum, versus Timebunt, ad sextam responsorium Ostende nobis, versus memento nostri, ad nonam responsorium surge hierusalem, versus Domine deus virtutum. Similiter ad nocturnos feriales isti versículi dicuntur, versus Timebunt, versiculus memento, antiphona domine deus, antiphona vox clamantis. Et cetera predicta

omnia sursum feriys diebus dicuntur. Item eciam hys diebus ferialibus cantica et oraciones dicuntur semper dominicales. Similiter antiphonæ ad benedictus et ad magnificat dicuntur dominicales, si in feriys ut dictum est supra proprie feriales antiphone in ordine breviary non existunt. Item eciam omnibus diebus ferialibus in aduentu domini ad missas feriales cantatur alleluia et finitur tota sua Nota, ultimo loco sequentiæ, quæ sequentia ferialibus diebus non dicitur.

DOMINICA TERCIA IN ADUENTU.

Item notandum de tercia dominica in adventu domini. Item sabbato proximo ante terciam dominicam domini. Incipit antiphona ferialis: a diebus johannis, ad nunc dimittis, et cantatur omni die ad nunc dimittis usque ad vigiliam nativitatis domini. Item nocte quando hore cottidiane beate virginis dicuntur incipiuntur. * [*In margine: N. hore beate Virginis.*] Nam prime hore beate virginis incipiunt secunda feria proxima post dominicam primam aduentus domini, scilicet: ad te levavi. Sed melius mihi videtur prævia die dominica predicta proprias vesperas beate virginis de sero perlegi debent.

Item notandum, quod per circulum anni omnibus diebus sabbati secundum chorum Strigoniensem omelia legitur. Et taliter quod in aduentu domini feria sexta ante sabbati diem dicitur antiphona: angelus gabriel dixit et quinquies laudate, capitulum, oratio cum ympno. Sed sabbato in matutinis dicitur omelia videlicet: missus est Gabriel. Et ita omelia de estate dicitur: loquente iesu ad turbas. Item simili modo de resurrectione domini legitur omelia: Stabat iuxta cru-

cem. Item simili modo de nativitate domini legitur omelia de nativitate domini: pastores loquebantur ad inuicem. Et exceptis aliquibus propriis antiphonis ad magnificat, responsoriis, ympnis et collectis in vesperis et in matutinis talibus omeliis predictis ibi proprie convenientibus [3c.] suo pertinentibus. Item sciendum quandocunque simplices tres lectiones beate virginis leguntur tunc debet legi ante lectiones ista videlicet: precibus et meritis. Sed quandocunque omelia legitur sive beate virginis sive alicuius sancti, a dicta dominica, semper ante omeliam debet legi hec videlicet: Exaudi domine cum venis, et per totum annum. Item notandum est, quandocunque: *O decus,* servatur, tunc in missa prima collecta dicitur de beata virgine, secunda de spiritu sancto, tertia de dominica vel aliquo sancto aut de pace dicitur. [2]

Item notandum quod ubicunque fuerit proxima luna dominicalis ad secundo Kalendas decembris ibi imponitur aduentus domini. Et si in ipsis Kalendis fuerit luna dominicalis, aduentus domini statuatur ibidem. Item sciendum est, quod sive aduentus domini habeat tres hebdomades siue quatuor, semper quarta celebratur in tertia hebdomada. * [*In margine: de quatuor temporibus.*] Item notandum de quatuor temporibus. Et primo ante nativitatem domini, ex quo incipit. Quatuor tempora habent specialia capitula et orationes ad omnes horas et sub eadem conclusione sumitur antiphona de dominica proxima, suffragium de beata virgine et omnibus sanctis. Sed in secundis vesperis quatuor temporum capitulum dicitur de dominica præcedenti. Responsorium: festina ne tarda. Racio est ista, quia si adhuc dies crastina ex quatuor temporum adhuc de sancto in secundis vesperis tantum cum col-

lecta dicetur de dominica. Similiter sexta feria dicitur istud responsorium festina. Item preces dicuntur in omnibus horis absque secundis vesperis, quia in iis vesperis non leguntur. * [*In margine: Nota quando preces non dicuntur.*] Ideo quia illi duo psalmi videlicet de profundis et domine exaudi ultimi pertinentes post secundas vesperas et completorium perficiuntur in nona. Item in quatuor temporibus sancti michaelis archangeli una cum precibus nec non capitulis et collectis suis propriis absque secundis vesperis, in omnibus horis suis, intellige secundum dicta prius allegata. De quatuor temporibus natiuitatis domini, quia in secundis vesperis ipsius dicitur capitulum: Dominus autem dirigat, et preces similiter expirabunt in nona. Item in quatuor temporibus post festum penthecostes. Et in quatuor temporibus sancti michaelis et in quatuor temporibus natiuitatis domini, post preces septem psalmi pro defunctis non leguntur, quemadmodum legebantur in ieiunio; quia hos chorus Strigoniensis non consueuit legere nisi in ieiunio. Item die dominico in aliis festiuitatibus intonationem O sapientia consequentibus antiphone * [*In margine: ad magnificat.*] de O sapientia non dicuntur, sed dicuntur proprie antiphone illius dominice vel festiuitatis cum suis collectis. Excepto sancti Thomæ apostoli, quod idem festum habeat antiphonam propriam de O sapientia ad magnificat, scilicet O thoma. Sed diebus ferialibus et sabbatis ab O sapientia incipientibus usque ad vigiliam natiuitatis domini antiphone ad magnificat dicuntur de O sapientia, et antiphone feriales [4c.] postquam incipiunt antiphone de: O sapientia semper omittuntur. [3]

Item * [*In margine: Notandum de festo sancti Tho-*

mae.] sciendum de festo sancto thoma apostolo, ex quo festum ipsius accidit una cum vigilia sua et quatuor temporibus, vel in inicio quatuor temporum tunc finita lectione ultima sancti Thome sine tu autem, statim legi debet omelia quatuor temporum concludendo ad omeliam sancti thome vno tu autem, et tunc ultimo responsorium sancti thome. Similiter finita oracione sancti thome conclusio sollemnis cum benedicamus domino. Statim antiphone de quatuor temporibus vel de vigilia debent legi, deinde leguntur preces cum psalmis, hymnis ferialibus, sequitur oratio de feria vel vigilia, antiphona de quatuor temporibus. Sed inter istas orationes nona antiphona dicitur mediate. Item de beata virgine nullum suffragium, nisi dicitur de dominica et de omnibus sanctis, et finitur cum benedicamus domino feriali. Et sic intelligendum de omnibus festis sollenitatum, quæ ocurrunt in quatuor temporibus vel in vigiliis sanctorum. Item dicitur feriale suffragium O sapientia in vigilia sancti thome excepto dominico die, sed sabbato dicitur.

Item notandum de imposicione laudum ante nativitatem * [*In margine: Nota quomodo laudes imponantur.*] domini. Primo dicitur sic, quod quandocunque natale domini venit die dominico tunc aduentus domini celebratur per quatuor ebdomades integras. Et laudes prophete sancti imponentur quarta feria tercia ebdomade propter festum sancti thome quod ocurrit pro illo die. Item laudes: dicite pusillanimes imponentur sabbato tercio ebdomade propter vigiliam natiuitatis domini. Item antiphona O sapientia imponitur feria sexta tercie ebdomadis. Item si natalis domini venit secunda feria tunc laudes de syon imponentur, si feria quinta secunda ebdomade propter festum sancti thome

alie ad laudes imponentur in tercia ebdomade diebus eis coaptate. Et antiphona O sapientia ipso sabbato secunda ebdomade. Et tunc domini natiuitas hoc modo celebratur, prima vespera pro sabbato cantetur de dominica cum responsorio versiculis die illa occurentibus. In matutino Invitatorium dicitur de vigilia natiuitatis. Et proprie due antiphone ad psalmos et sex lectiones, et ad sextum responsorium dicitur de dominica tercia; feriales antiphone cum tribus responsoriis et laudibus et capitulis nec non collectis, hoc toto officio nocturno et diurno, præter alleluia, quod cantatur die dominico debent legi de vigilia natiuitatis domini cum commemoratione de dominica. In matutino et in missa credo dicitur. Item si natalis domini veniet feria tercia tunc laudes: Constantes esttote, imponentur ferie sexte secunda ebdomade diebus eis coaptate. Et antiphona O sapientia ipso sabbato secunda ebdomade. Item si natalis domini veniet feria quarta, tunc laudes: Dicite pusillanimes imponuntur sabbato secunda ebdomade. Alie autem laudes imponentur in tercia ebdomade diebus eis coaptate, præter laudes: Ecce veniet imponatur ad feriam secundam ante vigiliam natiuitatis domini et antiphona O sapientia imponetur secunde ferie, tercia ebdomade. Item si natalis domini veniet ad quintam feriam tunc laudes: Ecce ueniet cum aliis cum quatuor laudibus sequentibus imponuntur in tercia ebdomade diebus sibi accomodate. Sed laudes rorate cœli transferantur ad terciam feriam quarta ebdomade. Et antiphona O sapientia inchoabitur tercia feria tercie ebdomades [5c.] Item si natalis domini veniet feria sexta, tunc in tercia ebdomade imponentur laudes Ecce veniet feria secunda. Illa de syon feria quinta, constantes feria sexta.

Item dicite pusillanimes sabbato. Sed laudes rorate celi in tercia feria quarta ebdomade. Et laudes prophete sancti in quarta feria quarta ebdomade seruabuntur. Et antiphona O sapientia inchoabitur feria quarta tercie ebdomades. Item si natalis domini venit sabbato tunc laudes Rorate celi imponuntur tercie ferie tercie ebdomades. Et constates imponuntur feria sexta eiusdem ebdomades. Et dicite pusillanimes imponuntur in sabbato in eadem tercia ebdomade. Sed laudes que venient. Et prophete sancti et de syon, imponuntur in quarta ebdomade diebus eis coaptate. Et antiphona O sapientia imponitur ferie quinte tercia ebdomade. Nota quod quandocunque predicta imponuntur, si imponuntur in quatuor temporibus, tunc erit invitatorium: Surgite vigilemus et responsorium proprium dicitur. Si vero aliis diebus imponuntur, tunc invitatorium cantatur Prestolantes. Et sic laudes imponuntur ut dictum est. Item singulis diebus quando predicte laudes imponuntur, semper ad psalmos nocturnos dicitur sola vna antiphona videlicet: Domine deus virtutum, ad psalmos vero vespertinos similiter vna antiphona dicitur scilicet: Pusillanimes confortamini. Item et quandocunque predicte laudes imponuntur, tunc antiphone ad omnes paruas horas videlicet ad primam, terciam, sextam, nonam dicuntur de iisdem laudibus predicte solum absque versiculis ut dictum est supra. Diebus vero dominicis semper secunde vespere dominicalis * [*In margine inferiori serior manus adnotavit: Nota: Si festum sancte lucie venerit in die dominico tunc incipient sabbato proximo proprie laudes, quæ in festo s. thome leguntur, que quidem ponantur feria secunda.*] prelegitur de eisdem laudibus dominicalibus, si vero diebus ferialibus incipiat aliquid eorum, antiphone

atque versiculi imponuntur sicut sursum scriptum fuit. Tunc ad primam dicitur ista antiphona videlicet: Saluatorem expectamus. ut dictum est superius. Similiter ad terciam, ad sextam et ad nonam dicuntur ille antiphone, sicut quod dicebatur prius in superioribus feriys, cum laudes predicte erant inchoate. Item notandum de antiphonis et responsoriis propriis. Primo dicuntur quando propria antiphona in tercia ebdomade assignate debent legi in eodem loco assignato, hic adhuc secundam laudes proprie assignantur et seruentur. Sed ille antiphone non debent legi, quando sequentibus laudibus assignarunt vel scripserunt. Item nota quod ista duodecim responsoria ferialia, videlicet: clama in fortitudine cum aliis undecim responsoriis ferialibus debent incipi ante natiuitatem domini. Ex istis responsoriis unaquaque dies firmata occupabit et incipit sibi firmata tunc responsoria exceptis diebus dominicis vel eciam aliquibus festiuitatibus et complebuntur predicta duodecim responsoria in feriis his usque ad vigiliam natiuitatis domini. [4] Item sciendum est, quibus diebus vigilia mortuorum * [*In margine: Notandum quibus diebus vigiliæ defunctorum non peraguntur.*] et missa, et communes hore beate virginis non legentur infra octavam natiuitatis domini. Sed in die primo ante vigiliam natiuitatis domini vigilie mortuorum debent legi cum nouem lectionibus, Responsoriis et laudibus. Sciendum inter in aliis festiuitatibus quibus infra octauam non leguntur. Item vigilie mortuorum solennes cum nouem lectionibus, Responsoriis et laudibus et missa perleguntur feria quarta mayoris ebdomades et post ponuntur per totum vsque dominicam: Quasi modo geniti. [6c.] Item eciam

vigilie mortuorum cum missa non leguntur infra octauam penthecostes propter sollemnitatem octauarum eciam intermittuntur in aliis sollemnitatibus, scilicet corporis Xristi solemnnitate et consimilibus diebus. Item notandum quod infra istas octauas scilicet natale Xristi, resurrectionis, penthecostes et assumpcionis marie semper loco misse cottidiane beate marie virginis per totam ebdomadem canuntur misse precise eedem sicut in earumdem festo. Ita infra natiuitatem canitur: puer natus. Infra pascha: Resurrexi, infra penthecosten: Spiritus domini. Infra assumpcionem: Gaudeamus, sed in die sabbati iam completarum octauarum, incipit missa cottidiana.

ITEM RUBRICA DE NATIVITATE DOMINI NOSTRI HIESU XRISTI.

Item in vigilia natiuitatis domini per totum ad matutinum, quod capitulum ad oracionem dicitur. Idem capitulum ad oracionem dicitur ad primam et ad omnes paruas horas, exceptis duobus capitulis signatis ad sextam et ad nonam: ut in libro existunt breuiary. Et in eadem vigilia natiuitatis nullum suffragium dicitur. Item in vigilia vigilie natiuitatis domini ad vesperas dicitur idem responsorium de illa collecta. Item in vigilia natiuitatis domini sancto sero in vesperis, post quinque psalmos et quinque antiphonas, capitulum dicetur, hæc antiphona: Gaude et letare hieruzalem. Et tunc sequetur capitulum. Item ad completorium de sero in vigilia nativitatis domini psalmus: cum invocarem et cetera alia, ympnus: *fit porta.* Vel *lux mundi* Capitulum paradisi porta, versus Be-

nedictus qui venit, antiphona ad nunc dimitte: Completi sunt dies. Oracio: deus qui nos redempcionis. Alia oracio: deus qui illuminas. Item in vigilia natiuitatis domini eciam missa defunctorum dicitur. [5]

Item in vigilia natiuitatis domini secundum opinionem quorumdam omnes hore beate virginis perleguntur. * [*In margine rubrica: de horis beate virginis.*] Secundum autem quosdam non leguntur. Et ideo ex quo hec omelia: cum esset desponsata et cetera legitur ipsa die. Et hec omelia est apparata beate virgini, ideo omittunt quidam omnes horas beate virginis. Item te deum in ipsa vigilia natiuitatis non dicitur. Item secunda vespera beate virginis non legitur sed postponitur. Secundun quosdam neque in die natiuitatis de beata virgine separatim legitur, ymo per totam octauam non legitur, ut dictum est supra. [6]

Item notandum quod in festo natiuitatis domini ad lectiones dicuntur benedictiones precise sic de beata virgine, scilicet: alma virgo cum ceteris. Item post vltimam omeliam, scilicet ipsius autem, statim cantatur Responsorium vniversum cantando sollemniter, cantatur in organo canente toto choro versiculum ad gloria patri. Interea cum istud Responsorium cantatur, duo sacerdotes induti albis et dalmaticis sollemnibus duabus magnis lucernis precedentibus ardentibus. Item duo sacerdotes accedunt usque ad magnum altare cantando Evangelium statim finito Responsorio sollemni incipiant versificationem. Liber generationis, finito toto evangelio Te deum in organo et choro cantatur [7c] Hiys finitis coratores incipiunt missam matutinalem scilicet: dominus dixit. Sed antequam laudes cantentur. Et Kyrie ad gloria in excelsis deo dicitur sicut de beata virgine. Credo dicitur et post ite missa est,

benedicamus quemadmodum de beata virgine sed antequam missa perficiatur, statim post agnus dei coratores incipiant antiphonas quinque laudum scilicet: quem vidistis cum aliis antiphonis absque aliquo capitulo ympno et versiculo. [7] Item eciam antiphona ad benedictus debet incipi similiter. Hiys finitis tunc coratores incipiunt quidem ipsam terminando oracionem vnam pro complenda facienda Item quando prelatus est in pontificalibus datur licencia populo quod sortiatur similiter sacerdos hoc debet dare. Item semper debent benedictiones ponere. Item si aliquis volens ad diuina pluries accedere primum aliquid ablucionis non debet sumi. Et ita quidem tenetur sacerdos et perficitur officium misse.

Item ad missam in aurora, scilicet: lux fulgebit, Kyrie, ad gloria cantatur letabundus, oracio Dei cum commemoracione sancte anastasie dicitur. Item credo dicitur in omnibus tribus missis. Item prefacio: Quia per incarnati verbi in omnibus missis dicitur. Item communicantes proprium scilicet de natiuitate domini. Et per totam octauam dicitur. Quandocunque hec prefacio: per incarnati verbi dicitur et communicantes proprium dicitur. Intellige simili modo de aliys festis. Item sequentia: *Grates nunc omnes,* dicitur post omnes missas natiuitatis domini, per totam octavam, ymo quando festa per octavam natiuitatis veniunt in eiusmodi festis semper hec sequentia: grates nunc omnes dicitur. Sed propria sequentia [8] *sanctorum* cantatur in octauis eorundem, expleta octaua domini. Ite missa est in aurora, et similiter missa hec cum prima, secunda et in tercia missa per octauam domini.

Item non cantatur secundus versus, quia versus * [*In margine: notandum versus.*] sic perficitur in istis festiuitatibus. Nam in secundis vesperis natiuitatis domini

antiphona. Tecum principium, cum aliis antiphonis, psalmi. Dixit eum ceteris, finita oracione natiuitatis domini per eundem dominum et deum dicitur amen, neque dominus vobiscum, neque benedicamus domino dicitur. Sed statim post amen per coratores [9] qui sunt nouo dicto modo induti in dalmatica debet incipi responsorium scilicet: lapides torrentis ac ympno versiculo collecta sancti stephani prothomartyris. Simili modo intelligitur de sero in festo sancti stephani prothomartyris, quando post vesperas sancti stephani coratores indutis casulis, cum aliys dominis de capitulo post amen dicitur Responsorium de sancto iohanne ewangelista et cum aliis scilicet ympno, [10] versiculo, collecta. Eciam intelligitur de omnibus aliis festis infra octauam natiuitatis domini occurrentibus. Nota in martyrum innocentum propria, coratores debent intrare ad chorum ad antiphonam: sinite paruulos et consequentia, dicitur Responsorium sinc gloria cum aliis ut in libro scribitur. Item sic quotidie infra octauam in officio natiuitatis domini.

Ista a natiuitate domini incipient usque ad octauam eiusdem loco horarum beate virginis in quibusdam diebus, ut scripserunt in libro breviary; per octauam lectiones debent legi de natiuitate domini cum aliis psalmis et lectionibus videlicet secunda die [8c.] antiphona: Dominus dixit cum aliis tribus psalmis et antiphonis et lectionibus debent legi. Tercia die antiphona: Suscepimus cum aliis antiphonis et tribus psalmis et tribus lectionibus leguntur. Eciam consequentibus aiiis diebus tres lectiones octauales per totam octauam natiuitatis domini leguntur. Item te deum dicitur. Item laudes: Quem vidistis cum alys antiphonis superioribus. Item benedictiones ad lectiones

dicuntur de beata virgine, scilicet: alma virgo. Item capitulum, ympnus, et oracio de octaua natiuitatis domini et suffragium dicitur de beata virgine, antiphona maria intacta virgo, oracio: Deus qui salutis. Et sic per totam octauam, nisi ocurrat aliquod festum sollemne, de quo omnes hore sollemniter dicuntur. Sic de festo sancti stephani et Johannis ewangeliste, cum in omnibus festiuitatibus infra octauam natiuitatis non dicetur de natiuitate cum lectionibus beate; et si non fuerint propria festa notandum: antiphona prima semper debet legi unacum antiphona de natiuitate infra octauam, laudes Quem vidistis in fine vero psalmorum legitur laudate dominum omnes gentes. Item capitulum: populus gentium. Oracio propria de natiuitate domine sancte pater. Et in fine oracionis dicitur: Exultabit pro commemoracione beate virginis, licet festa ocurrentia infra octauam natiuitatis secuentes habeant hystorias proprias. Et eciam hic iam secuentes cetere hore parve, scilicet tercia, sexta, nona dicentur, ita quidem de octaua natiuitatis domini, tanquam ad paruas horas beate virginis. Ad terciam psalmus ad te leuaui. Nisi quia. Qui confidunt. Ad sextam: In conertendo. Ad nonam. sepe, debent legi. De tempore vero: legem pone, sicut de aliis diebus, cum semper debent fieri sub diuersis conclusionibus iste hore. Item circa completorium istis diebus, debet legi versiculus, scilicet de natiuitate domini et cetera.

* [*In margine: dominica infra octauam natiuitatis.*]

Item in dominica infra octauam natiuitatis. Sabbato in vesperis, antiphona: Tecum principium cum aliis antiphonis per totum, ad magnificat vero dicitur: O regem celi. Suffragium dicitur de natiuitate domini, scilicet nato domino. Et eciam alia suffragia dicuntur. Et

in matutino non dicantur plura suffragia nisi de dominica. Item dominica quæ imponitur infra octauam natiuitatis domini versus: dum medium dicitur usque ad vigiliam epiphanie domini, hoc est semper de dominica dicitur si suffragium usque ad vigiliam epiphanie. Eciam congrua ad matutinum in vigilia epiphanie domini Responsoria debent recipi de ipsa dominica. Item in octaua natiuitatis domini secunde vespere de natiuitate domini, scilicet: Tecum principium dicuntur in choro pro uenerabili per prebendatos, scilicet he vespere conuentuales dicuntur loco vesperarum secundarum. Item in festo sancti stephani prothomartyris in secundis vesperis, antiphona: Jocundus homo cum ceteris et psalmi debent legi eciam in conuentuali vespera. Item in festo sancti Joannis ewangeliste in secundis vesperis conuentualibus antiphona: Jurauit dominus cum aliis omnibus et psalmis debent dici. * [*In margine: nota conclusiones ympnorum.*]

Item de conclusionibus ympnorum. Item ympnus de beata virgine dicitur: Ennixa es puerpera eciam in horis de natiuitate domini et concluditur sic: Gloria tibi domine qui natus es de virgine et cetera. Ad horas vero diurnas quatuor hoc dicitur: Summo parenti. Item non dicitur adhuc in festo natiuitatis domini sic, quia tunc laudes sunt iste versus [9c.]: Quem vidistis, cum ad paruas horas diei non dicuntur antiphone de laudibus sicut alias sed sunt proprie antiphone que dicuntur ad horas. Ad primam autem de natiuitate dicitur ista: lux de luce cum ceteris, capitulum natiuitatis, responsorium xriste fili, versus Qui natus es de virgine maria. Ad terciam: gaudeamus. Ad sextam: virgo hodie. Ad nonam: in principio et ante et cetera. Iste antiphone tantum in ipso die natiuita-

tis dicuntur. Item infra octauam natiuitatis ad matutinas dominicales. Benedictiones dicuntur eedem sicut de beata virgine, scilicet: alma virgo cum ceteris. [11]

SEQUITUR DE CIRCUMCISIONE.
ITEM NOTANDUM.

In festo circumcisionis domini. Quando de beata virgine non legitur separatim et ad lectiones matutinales in festo circumcisionis domini dicuntur benedictiones sicut de beata virgine. Scilicet: alma, ympnus: *corde natus* Oracio: deus qui salutis. Capitulum proprium: Carissimi apparuit, ad matutinum et alias horas cum aliis sequentibus capitulis, exceptis primis et completoriis. Similiter et alia ut de beata virgine dicuntur: Item in primis et secundis vesperis capitulum et oracio ut in matutino dicuntur. Item per omnes horas circumcisionis domini nullum suffragium dicitur. Item ad primam et ad completorium diei circumcisionis capitulum: virgo verbo concepit. et etiam de seio in die circumcisionis domini pro secundis vesperis, ad completorium idem capitulum: virgo verbo et oracio dicitur propria: quesumus omnipotens deus. Sed die crastina post diem circumcisionis domini usque ad Epiphaniam domini, que ad primam et ad completorium. Capitulum: populus gentium. Et oracio similiter Sicut prius, scilicet: presta quesumus omnipotens deus. Capitulum ad completorium: Ecce dies quo ihesus. Item notandum quod hoc capitulum: Virgo verbo concepit, quod fuit in festo circumcisionis domini cum sua oracione propria: quesumus, ad primam et ad completorium eiusdem festi debet recipi iam ad primam et

completorium beate virginis post natiuitatem domini. Item in festo circumcisionis domini de sero in secundis vesperis non debent fieri plura suffragia nisi de sancto stephano prothomartyre. Item prefacio: Quia per incarnati cantatur omni die tam de sanctis, quam de beata virgine infra octauam natiuitatis existentibus, excepto festo iohannis ewangeliste, quia tunc prefacio dicitur de apostolis. Item notandum, quod die secundo post octauam natiuitatis domini matutinales debent legi de beata virgine ad capitulum et collectam de circumcisione domini et cetera. Item hic quod expiret natiuitas domini tamen adhuc completorium et prima de tempore dicitur de natiuitate domini. Ympnus: *corde natus,* capitulum: populus gencium cum antiphonis de natiuitate. Ad nunc dimittis et oracionem in fine: Deus qui illuminas et domine sancte. Sed versus ad primam dicitur de laudibus istius diei vel sancto, in quo finiatur matutinum de tempore. Responsorium non dicitur ad primam de natiuitate domini. Item in octava sancti stephani dicitur ista collecta, scilicet: deus qui primicias. Et de sero in octaua in eodem nonum suffragium, non de sancto Johanne. * [*In margine: Notandum hore beate virginis.*]

Item hore beate virginis communes incipiunt post octauam natiuitatis domini, secundo die [10c] solum sub ista vna antiphona scilicet: Dominus dixit et usque ad purificacionem beate virginis, psalmi vero: Quare, celi, Domine et cetera. Item ab octaua natiuitatis domini incipiens usque secundum, quo hore beate virginis incipiunt et exinde in natiuitate ad suam octauam, quando prefacio fuit videlicet: quia per incarnati, eadem prefacio dicitur semper in missa beate virginis usque ad purificacionem, diebus sabbati

dicitur omelia de beata virgine, scilicet pastores. Et ante sabbatum feria sexta de sero dicuntur proprie vespere de beata virgine cum antiphona: O admirabile commercium. Quinque laudate dicuntur sicut dictum est ante. Item in octaua iohannis ewangelistæ Credo dicitur sicut in festo. Et in octaua sanctorum innocentum officium misse fit sicut in festo ipsorum. Excepto illo quod gloria in excelsis et alleluia et ite missa est dicuntur, que in die ipsorum non dicebantur, quia in die ipso loco ite missa est, dicebatur benedicamus domino; neque eciam in die ipsorum ad Responsorium: gloria patri, neque ad psalmos misse gloria, neque te deum dicebatur, neque alleluia, sed laus tibi xriste, que omnia in octaua ipsorum dicuntur. Item credo in festo innocentum dicitur. Sed in octaua ipsorum non dicitur. quia ut dictum est supra, quod omnia illa que in die sua non dicebantur iam in octaua ipsorum dicuntur Item de sanctis infra octauam natiuitatis domini tenetur ad paruas horas proprias et Responsorium sicut in estate de sanctis. Videlicet de sancto stephano sicut de vno martire, de sancto iohanne de apostolis eciam octaue eorum tenentur cum secundis vesperis et matutino sicut in die ipsorum.

ITEM IN VIGILIA VIGILIE EPIPHANIE.

Notandum si erit dominica die sabbato ad vesperas Tecum principium cum aliys antiphonis et psalmis dicitur, Responsorium in primis, ympnus de natiuitate domini. capitulum et antiphona ad magnificat et oracio de dominica preterita dicitur et nullum suffragium debet dici. Item in vigilia epiphanie domini. In ma-

tutino invitatorium uti in libro breviary. Et antiphone speciales tres et tres psalmi, et omelia: defuncto herode dicitur. Et laudes: quem vidistis per totum. Item: te deum dicitur. Et nullum suffragium dicitur. Ite missa in vigilia epiphanie domini sicut totum officium fit de dominica preterita, scilicet: Dum medium. Item in missa post oracionem de vigilia dicitur oracio secunda de dominica precedenti, tercia de beata virgine et ewangelium: Defuncto herode dicitur et prefacio: quia per incarnati verbi dicitur. Item si de aliquo festo canitur, eciam hebdomada infra octauam epiphanie domini, tunc semper de eodem festo prefacio: quia cum unigenitus tuus dicitur.

Item die epiphanie domini. Invitatorium non dicitur. Sed tantum: domine labia mea dicitur. Et Invitatorium ideo non dicitur, quia hic psalmus: venite exultemus domino, legitur inter alios psalmos nocturnales. Sed antiphona: afferte domino debet incipi absolute cum psalmo. Item eodem die epiphanie nullum suffragium dicitur, in missa, vero credo dicitur et prefacio cum communicantes dicitur. Item in missa per totam octauam dicuntur. Sed in aliis diebus infra octauam epiphanie domini: In matutino Invitatorium dicitur cum venite exultemus, scilicet Invitatorium: xristus apparuit dicitur, ideo iam loco ipsius psalmi scilicet venite exultemus, sicut dicebatur in die dicitur vnus alius psalmus, scilicet cantate ved dominus regnavit dicitur. [11c.] Item ad primam antiphona: lux de luce solum in epiphania domini dicitur. Sed infra octauam eiusdem semper: ante luciferum dicitur. Item ad primam et ad completorium de epiphania domini dicuntur capitula et oraciones propiie. Responsorium:

xriste fili, versus qui apparuisti in tuo. Item conclusio ympnorum dicitur: *Gloria tibi domine qui apparuisti seculo.*

Item notandum, quod quando dominica imponitur, in dominico die vel in feriis infra octauam natiuitatis sew epiphanie domini. Tunc dicitur in dominica imposita usque ad aliam dominicam, si post dominicam usque ad aliam dominicam vel quoque de eo dependit illa dominica imposita, debent omni die de ea suffragia fieri inter alias horas. Item notandum de aliis dominicis que occurrunt infra octauas natiuitatis vel epiphanie domini. Sciendum quod semper prime vespere dominicalium debent legi illa, que erant lecta infra octauas earumdem festiuitatum, cum antiphonis et psalmis propriis; scilicet per octauam natiuitatis: Tecum principium cum aliis antiphonis, per octauam vero epiphanie domini: ante luciferum cum ceteris antiphonis, eciam capitulis et collectis dominicalibus, nec non antiphona ad magnificat et ad benedictus, et similiter Responsoriis propriis dominicalibus. Item notandum de festis sanctorum infra octauam epiphaniarum domini. Notandum si infra octauas de aliquo alio festo seruentur hore tunc semper in eisdem festiuitatibus prefacio dicitur de epiphania domini velut supra dictum est. Item dominicis diebus in secundis vesperis infra octauas natiuitatis est epiphanie suffragia secundum infra octauam natiuitatis de natiuitate antiphona: hodie xristus natus est. Et de epiphania infra octauam ipsius antiphona propria cum collecta dicuntur et non plura cetera. Item credo dicitur per totam octauam natiuitatis et epiphanie domini. Sed tamen notandum sic, quod intra ista festa scilicet natiuitatis et epiphanie secundum consuetudinem Strigoniensem non

seruatur de aliquo festo sancti sed nonnisi completa octaua eorundem.

Notatio psalmorum infra octauam epiphanie domini * [*In margine: de psalmis infra octauam.*] In matutino tres primi psalmi. Afferte domino, Deus noster, Omnes gentes. Alii tres psalmi: Jubilate, Deus iudicium, Inclina. Ultimi tres psalmi dicuntur: Cantate primum, Dominus regnavit Cantate secundum, antiphona notum fecit. Item notandum sic: quodsi vigilia epiphanie domini venit die dominico, tunc matutinum istius peragitur, quod inuitatorium dicitur totum xristus natus cum hystoria de dominica precedenti. Si dominica ista propriam hystoriam habuerit. Et tunc lecciones sex dicuntur de dominica precedenti et omelia dicitur de vigilia, scilicet defuncto herode. Item te deum laudamus dicitur, laudes quem vidistis dicuntur. Item in missa vigilie totum officium de dominica scilicet: dum medium. Dicitur prima collecta de vigilia, secunda de dominica et tercia de beata virgine, scilicet Deus qui salutis. Item ante octauam epiphanie domini die proxima ad vesperas antiphona: ante luciferum cum aliis antiphonis, capitulum et collecta dicitur de octaua, capitulum Domine deus meus. Adhuc secuta sit dies dominica tunc capitulum et collecta non dicuntur de dominica, nisi de octaua. Item nullum suffragium dicitur nec de dominica nec de aliis festis. Item si epiphania euenit in die dominica tunc propria hystoria, videlicet omnis terra non imponitur in octaua ipsi dominice sed in alia dominica. * [*In margine infimo a seriore manu legitur: Item prefacio de natiuitate Domini, videlicet: quia per incarnati seruatur tam diebus Domini, quam de sanctis usque ad purificacionem virginis gloriose.*] [12c.] Et inuitatorium semper seruatur de

sanctis et non ad usque ad imposicionem: omnis terra. Et semper tenetur dominica infra octauam epiphanie per suffragium. Item notandum in octaua epiphanie domini de sero in secundis vesperis antiphona: Veterem hominem cum ceteris antiphonis sicut in matutinalibus fuerunt lecte ad laudes, psalmi de epiphania, videlicet: Dixit confitebor, Beatus vir, De profundis, Memento dicuntur. Suffragia dicuntur de dominica seorsum et de aliis. Item notandum quod post octauam epiphanie domini ad primam et ad completorium capitulum et collecta semper dicuntur de epiphania domini. Eciam usque ad novam hystoriam: videlicet omnis terra, hac secute expirat octaua epiphanie domini. Et ideo secute proprie de sanctis. Racio est quia dies dominica existens infra octauam eiusdem cum sua tota hystoria dependet de epiphania, protanto ad primam et ad completorium capitulum et collecta dicuntur de epiphania et etiam ad nunc dimittis de epiphania. Similiter prefacio de epiphania domini semper usque ad nouam hystoriam, scilicet omnis terra et cetera. Sed tamen antiphona ad primam dicitur de laudibus eius diei, in quo matutinum seruatur, scilicet Responsorium dicitur de epiphania. Item precise in octaua Stelle non possunt celebrare nupcie nisi octaua expirata.

ITEM NOTANDUM QUOD SABBATO PROXIMA ANTE OMNIS TERRA.

In primis vesperis et in crastina die tum in omnibus horis solum vna collecta scilicet sua dicitur et nullum suffragium, prefacio iam cottidiana dicitur. Sic eodem

die dominico capitulum ad primam dicitur: regi autem seculorum. Ad completorium vero dicitur: Tu autem in nobis es domine. Eciam sabbato proximo ante omnis terra. Item ad primam cottidianam, hoc est siue tenetur de sanctis, siue de feriis dicitur capitulum omnis homo. Et eciam iam completorium incipiens a sabbato proximo ante omnis terra. Et prima iam erit mayor sicut in estate. Item suffragia incipiunt in secundis vesperis die dominice, sed non omnia suffragia sanctorum dicuntur per estatem nisi post horas diei dominice dicuntur: de sancto petro et de sancto adalberto et de omnibus sanctis. Item omnino nullum suffragium dicitur nisi de festo quod tenetur crastina die. Sed si feria tenetur, tunc nullum suffragium dicitur nisi in matutino ferie secunde suffragia consueta. Item sciendum est, quod hic in prima vespera diei sabbati cantetur iste ympnus: *Deus creator omnium.* Et eciam aliis sabbatis sequentibus usque ad quadragesimam in primis vesperis diei dominice fit ympnus: *lucis creator,* et capitulum in eiusdem vesperis ipsius diei dominice dicitur: Dominus autem dirigat. Responsorium: Quam magnificata, per ordinem sicut in estate, antiphona ad magnificat propria, similiter oracio secundum ista supradicta seruatur, prouti in estate, usque ad septuagesimam. Si loco quinque fuerint sex dominice post epiphaniam usque ad septuagesimam tunc ultima dominica dicitur duplicata cum omnibus suis versiculis, capitulis, oracionibus et omelia. [12]

ITEM NOTA DE SEPTUAGESIMA.

Et primo, sabbato proximo ante dominicam: Circumdederunt me ad primas vesperas antiphona cum tribus alleluia ad omnes psalmos, scilicet: benedictus, Exaltabo et ceteros et nullum suffragium dicitur [13c.] nisi oracio diei dominice. Similiter die crastina. In missa oracio unica. Item in noua hystoria pluries quoties in se diuidas, tunc ympnus dicitur: *dies absoluti* vel *deus creator.* [13] Ad magnificat antiphona propria sicut oracio. In fine vesperarum benedicamus domino cum quinque alleluia perficitur. Et hoc alleluia in vesperis diei sabbati ante circumdederunt expirabit. Item ad completorium dicitur statim: laus tibi domine. Item cras in matutinis Te deum non dicitur. Ymo non dicitur per totas dominicas septuagesimales, quadragesimales usque ad pascha demptis festiuitatibus, quibus semper a septuagesima usque ad pascha dicitur Te deum, et gloria in excelsis, et credo si est conueniens tale festivitate, si alias non. Item credo omnibus dominicis tam septuagesimalibus quam de aliis dominicis dicitur. Item in dominicis septuagesimalibus et quadragesimalibus benedicamus domino dicitur. Et ite missa est sicut etiam dicitur in ferys. Item tractus incipiunt in missa precise in dominica prima septuagesime, scilicet circumdederunt, pro diebus ferialibus vero tractus non dicuntur in missa. Item in septuagesima antequam laudes incipiunt dicitur versiculus hec dies quam fecit, sicut dicebatur in estate. Item ad primam antiphona propria, si intonatur psalmus: Deus deus respice in me, capitulum regi autem, Responsorium xriste fili, oracio: domine sancte

pater. Ad missam sola oracio dominicalis, prefacio cottidiana dicitur usque ad quadragesimam, missa similiter cum benedicamus domino. Item in matutinis ad laudes per totam septuagesimam et quadragesimam usque pascha dicitur iste psalmus: miserere mei, confitemini, Deus deus meus, Benedictus laudate cum suis antiphonis propriis. Et iste psalmus confitemini, qui alias dicitur ad primam, iam dicitur ad laudes. Et loco ipsius dicitur ad primam vnus alius psalmus videlicet: Dominus regnauit decorem et cetera. Item notandum quod in omnibus dominicis in septuagesima abbreviatus versus dicitur antiphone: Sede a dexteris, psalmus dixit dominus per ordinem, capitulum dicitur proprium, Responsoriam eciam proprium istius dominice, ympnus vero dicitur: *lucis creator.* Ad magnificat antiphona dicitur propria, similiter oracio, nullum suffragium. Item notandum de feriis septuagesimalibus: ad matutinum antiphone ad psalmos nocturnorum dicuntur de psalterio sicut in estate. Similiter Responsorium et antiphone et versiculi ad paruas horas, scilicet ad primam, terciam, sextam, nonam de psalterio feriarum. Sed ad matutinum et ad horas alias capitulum et oracio et antiphona ad benedictus et antiphona ad magnificat dicuntur de dominica. Item in missa diebus ferialibus tractus non dicitur, ut superius dictum est.

ITEM NOTATUR DE SANCTIS.

Quod a septuagesima usque ad pascha in matutino semper Te deum dicitur. In missa gloria in excelsis deo et credo, si conueniens erit festo, ut dictum est

supra. Et in omnibus sollemnitatibus, scilicet beate virginis purificacione et de sancto petro Kathedra et de sancto mathia et de aliis sanctis in septuagesima occurentibus dicuntur tractus et non sequencia. Item de sanctis dicitur: Ite missa est. Item notandum quando de sanctis tenetur usque ad quadragesimam tunc suffragium debet fieri de dominica eiusdem ebdomades, in qua hora tenetur de sanctis et eciam collecta sue dominice, quod fiat eciam in missa, in matutinis vero suffragium de dominica ante debet legi, deinde de illa dominica ad Benedictus, in qua tenetur hora, similiter ad magnificat [14c.] si in illa die specialis antiphona adfuerit loco suo: in feriis eciam debent legi antiphonam de psalterio, sicut in estate leguntur ad benedictus. Item notandum, quod in septuagesima, quando aliqua festa sollemnia non occurrunt, tunc die sabbati potest legi: *O decus* et hoc secundum chorum Strigoniensem. [14]

DE PURIFICACIONE BEATE VIRGINIS NOTATUR.

Nota in primis vesperis purificacionis beate virginis antiphona: O admirabile commercium cum aliis antiphonis, et omnia laudate dicuntur. Item secunde vespere beate virginis in vesperis purificacionis non dicuntur, neque omnes hore beate virginis dicuntur die crastina dicuntur sicut in die purificacionis. Item ad completorium psalmus: Cum invocarem et ceteri antiphonam propriam si habent. Ympnus *lux mundi* aut *fit porta*. Capitulum et collecta propria, antiphona ad Nunc dimittis: Virgo verbo concepit. In fine oracio diei: Deus qui illuminas. Item in die sancto matutinum perficitur

ordine suo. Item ante missam atque processionem, primo debet incipi asperges deinde kyrie eleison et oracio a cantoribus. Item gaude maria virgo et cum pervenerint ad locum destinatum, vbi mensa est disposita pro benedictione cereorum. Ibi populo astante celebrationi dicitur versiculus post partum virgo cum oracione. Hys finitis incipiunt benedictiones cereorum cum oracionibus et antiphonis: ad hoc constitutis, nec non prefacione finaliter percantanda. Et in fine prefacionis legitur silenter per dominum nostrum, per chorum eciam repondetur silenter amen. Et sic candele thurificentur nec non aqua benedicta aspergantur. Et quidem c nitur: lumen ad reuelacionem et cetera, et psalmus: Nunc dimittis. Deinde candele consecrate accenduntur; iam accensis, ad chorum per cantores debet incipi ympnus: *Quem chorus vatum*: [15] Et cum apparuerit princeps usque magnam ecclesiam. Incipit psalmus Benedicamus domino deo cum sua antiphona sicut in matutino dicebatur. Et similiter per modum istum intonatur in die ramis palmarum. [16] Post benedictiones fidelium. Et eciam in benedictionibus fidelium sicut hodie in ceris.

Item notandum in missa publica die purificacionis, qua missa perficitur ordine suo. Si enim in septuagesima occurit idem festum, et alia festa sanctorum, in missa alleluia cum sequencia non cantatur, sed tractus cantatur. Si vero ante quadragesimam vel septuagesimam occurerit tunc cantatur alleluia ac sequencia [17] et iis festis quæ occurrunt in septuagesima vel quadragesima. Item prefacio: Quia per incarnati verbi. Et ite missa est dicitur. Item in secundis vesperis antiphona Tecum principium cum aliis antiphonis et psalmis cantatur, capitulum dicitur de die, Responsorium

verbum caro, ympnus: *a solis ortu*, vel verbum caro factum est, [18] antiphona ad magnificat et oracio propria de die et suffragium solum dicitur de sancto blasio martire. Item ad completorium marie: Cum invocarem et cetera per ordinem, ympnus *corde natus*, capitulum: populus gencium, versiculus similiter: benedictus qui, antiphona ad nunc dimittis: ecce completa sunt omnia. Si vero non habetur antiphona tunc dicitur illa: Virgo verbo concepit. Oracio dicitur famulorum tuorum et in fine illa oracio: Deus qui illuminas. Si vero de alio vno sancto alie vespere leguntur, tunc ille vespere leguntur ac completorium cottidianum per omnia. Sed completorium beate virginis cum suis psalmis, scilicet: memento domine, Ecce quam bonum, Ecce nunc, cum antiphonis et ympnis, capitulis, versiculis, et collectis propriis.

Item notandum quod secunde vespere de conuersione sancti pauli debent sic legi: antiphona iurauit dominus cum ceteris, psalmus [15c.] Dixit dominus cum ceteris sicut de apostolis, capitulum Saulus adhuc, Responsorium sancte paule, ympnus *doctor egregie*, antiphona ad magnificat hodie electorum omnium et de sancto petro. Hic in secundis vesperis nullum suffragium debet poni, quia non est consuetudo dicere nisi usque ad nonam. Item notandum de festo kathedræ petri, quod tunc contingit quando vigilia sancti mathie in eodem festo sancti petri, scilicet cum ieiunium quadragesimale vel quatuor temporum fuerit in eodem. Tunc in matutino est tenendum, quod tota hora diei, vna cum hystoria seruatur de sancto petro. Et post vltimam lectionem omelia sancti petri antequam dicetur. Tunc autem statim debent addi due omelie, postea omelia de vigilia

sancti mathie. Deinde omelia quadragesimalis vel omelia quatuor temporum et conclusio cum ultimo Responsorio sancti petri solemnisatur. Item te deum dicitur. Item post oracionem sancti petri dicitur suffragium de sancto paulo * [*In margine: Suffragium de s. paulo.*] cum antiphona, versiculo et collecta et preterea nulla antiphona mediante dicitur collecta de vigilia sancti mathie. Et matutinum finitur cum benedicamus domino solempniter. Sed iam die ieiuniorum quatuor temporum dicitur antiphona ferialis cum precibus et psalmis. Et sic finitur cum oracione ieiunii videlicet quatuor temporum. Deinde dicitur antiphona cum versiculo et collecta super populum et septem psalmis exceptis duobus psalmis, scilicet De profundis et vltimo domine exaudi. Quia isti duo psalmi reseruantur pro primis vesperis diei festivalis, quia eciam in primis vesperis, diei festi post oracionem diei sicut in matutino sumebantur solempniter. Sic eciam in eis vesperis finiuntur post oracionem diei cum benedicamus domino solempniter. Deinde dicitur antiphona ieiunii vel quatuor temporum cum precibus et psalmis et oracione cum commemoratione super populum. Et similiter cum benedicamus domino finiatur. Deinde dicuntur isti duo psalmi scilicet: De profundis et vltimus Domine exaudi pro defunctis, quorum psalmus vnus dicitur post vesperas et alter post completorium, si omnia perficiuntur in secundis vesperis: quia in talibus festivitatibus signanter in quadragesima in paruis horis, scilicet * [*In margine: Quando in paruis horis preces in dicuntur.*] in prima, tercia, sexta, nona et completorio preces non dicuntur, nisi in duabus horis, scilicet in matutino et in secundis vesperis. Item notandum: Quandocunque

vigilia alicuius sancti fuerit in quatuor temporibus vel in ieiunio quadragesimali, tunc post oracionem quatuor temporum vel ieiunii quadragesimalis, antequam antiphona super populum dicetur, cum oracione, primo semper oracio illa vigilie addita ad oracionem quatuor temporum vel ieiunii quadragesimalis. Et post eam dicetur antiphona cum oracione super populum. Racio est ista, quod quatuor temporum vel ieiunium quadragesimale est mayor quam illa vigilia. Igitur cum omelia et tali sua oracione illa vigilia debet addi ad quatuor temporum vel ieiunium quadragesimale, ut de istis festis supra dictum est. Seruetur sic ut si quadragesima venerit per modum supradictum. * [*In margine: festo sancti et Kathedrae.*] Item in festo Kathedra petri Credo dicitur et prefacio dicitur sicut de apostolis. Item in secundis vesperis Kathedre sancti petri antiphona Jurauit, psalmus sicut de apostolis, capitulum de die: Petrus apostolus iehsu xristi, Responsorium: petre amas me, ympnus: *iam bone pastor,* [19] Sit trinitati, sicut eciam dicebatur in primis vesperis, antiphona ad magnificat: Quodcunque, de sancto paulo nullum suffragium dicitur, et cetera.

DE ANUNCCIACIONE BEATE VIRGINIS.

Notandum sic, ista in primis vesperis antiphona: Gabriel angelus. Omnia laudate, capitulum: eggredietur virga. Responsorium Cristi virgo, ympnus: *ave maris stella* vel *aue maria* [16c.], [20] antiphona ad magnificat propria, oracio Deus qui de beate concluditur per eundem. Postea dicitur ferialis antiphona et oracio, nec non super populum oracio cum precibus dicuntur

ut supradictum est. Completorium sic perficitur: Cum invocarem cum aliis psalmis, loco antiphone dicitur solum: laus tibi domine, ympnus *lux mundi*, capitulum ecce virgo concipiet. Responsorium non dicitur, versiculus Emitte agnum, antiphona ad nunc dimittis: Dilectus misit manum suam et cetera sicuti dicuntur aliis festiuitatibus consimilibus in quadragesima, quæ istomodo habuerint propria capitula, ympnos, versiculos et oracionem. Quia tunc completorium dominicale non dicitur ante feriale. Item matutinum eiusdem festi peragitur ordine suo subdicti officii. Item responsoria ad paruas horas dicuntur: Egredietur virga cum ceteris. Item in secundis vesperis antiphona Angelus gabriel dixit marie, psalmi, sicut de aliis festis beate virginis, Capitulum egredietur, Responsorium posuit moyses, ympnus *aue maris* vel *aue maria*, antiphona ad magnificat: hæc est dies, oracio propria, postea de feria vel de ieiunio quadragesimali sic additur integra quadragesima et quatuor temporum. Ad completorium laus tibi domine, Cum inuocarem et cetera, capitulum ecce virgo, ympnus *lux mundi* versiculus Emitte, antiphona ad nunc dimittis, oracio: Gratiam tuam, Deus qui illuminas. Item notandum quod in missa anunciacionis beate virginis Officium Rorate celi, graduale Tollite portas, tractus aue maria, Ewangelium missus, prefacio: et te in anuncciacione beate marie, communio: Ecce virgo.

Item festum anuncciationis * [*In margine: Hic notandum de festo anuncciacionis b. virginis quando venerit in dominica Ramis palmarum.*] si venerit in die dominico Ramis palmarum tunc ipsum anticipatur et seruatur in sabbato proximo ante dominicam Ramis palmarum. Si autem venerit secunda, tercia vel quarta

feriis magne ebdomade tunc seruatur in eisdem diebus etiam secundum modum Strigoniensem. Alii enim dicunt, quod nec istis diebus seruari potest propter laudes proprias feriales, sed debet anticipari ad sabbatum proximum ante Ramis palmarum. Item si venerit feria quinta in cena domini, vel feria sexta, vel sabbato magne ebdomade tunc debet transponi extra octauam Resurectionis domini. Alias enim seruari non potest, nisi post octauam. Item notandùm quandocunque fuerit propria prefacio de aliqua sollemnitate, utputa de Resurrectione, de Ascensione et penthecoste, Tunc infra octauas earundem eciam proprium communicantes dicitur, sicut in festo eiusdem. Si tamen festum octauam non habuerit, tunc proprium communicantes tantum ipso die festo legetur. Sed si prefacio propria non dicitur, sed communis, tunc eciam communicantes non propria sed commune dicitur.

ITEM NOTANDUM IN DIE CINERUM.

Quod ad matutinum. Invitatorium cum psalmis et antiphonis ferialibus, que in omni die in psalterio existunt debent legi. Item ad omeliam scilicet cum ieiunatis Responsorium quemadmodum in dominica sequenti, versiculus Invocavit me. Primum Responsorium paradisi porta, secundum emendemus, tercium abscondite solum isto die dicuntur. Sed ad alias omelias ceterorum dierum sequentium usque ad dominicam Invocavit responsoria dicuntur de dominica precedenti. Item feriales laudes, ut in libro psalterii cum ympno feriali, capitulum proprium, antiphona ad Benedictus propria. Et post antiphonam Kyrie, xriste,

Kyrie, pater noster, deinde incipiunt preces cum psalmis, oracio propria, antiphona super populum: Conuertimini ad me, versiculo: propicius esto, Collecta parce domine parce, et finitur ferialiter cum benedicamus domino. Postea psalmi: Domine ne in furore tuo, Beati, quatuor Domine ne, et cetera pro defunctis dicuntur, ad quamlibet horam vnus psalmus de septem psalmis dicitur et hoc post preces. Et plura suffragia non dicuntur in horis diuinis per totam quadragesimam, nec de dominica [17c.] nec de aliis, sed omnia suffragia consueta peraguntur in horis beate virginis, excepta oracione dominice, quia de dominica non faciuntur suffragia in quadragesima.

Item notandum quod letania et preces incipiunt in die cinerum * [*In margine: Notandum letania incipit ex tunc.*] et dicuntur per totam quadragesimam, siue seruetur de sanctis, siue de vigilia extra Dominicam, quia die dominica siue in primis vesperis, siue in matutinis dominicalium, siue in paruis horis earundem nec non secundis vesperis preces non dicuntur. Item notandum quod letania * [*In margine: Quando preponuntur.*] et preces preponuntur feria sexta proxima ante dominicam Judica, preces vero omittuntur feria quarta maioris hebdomade in nona. Item usque dominicam Inuocauit antiphona super populum semper pro suffragio in matutino et in vesperis dicitur: Conuertimini ad me cum versiculo, oracio autem propria dicitur illius diei. Item incipiens ab ista die usque ad dominicam Invocavit, semper ad omnes horas diei videlicet ad primam antiphona: Cum mandasti, capitulum omnis homo, Ad completorium vero capitulum: Tu in nobis, ympnus *te lucis* sicut alias in completorio quidem. Et similiter ad paruas horas diei dicun-

tur antiphona et Responsorium de psalterio exceptis capitulis propriis et collectis cum singulis diebus ferialibus existentibus usque ad dominicam Invocavit. Antiphona, ympnus, Responsorium versiculi semper ferialia prout in libro breviary continentur et cetera propria.

Ante missam * [*In margine: Quomodo benedicantur cineres.*] oraciones leguntur sub silencio ad benedicendos cineres, post oraciones vero a cantoribus incipiuntur antiphone: Immutemini luctum et Inter vestibulum, et interea imponuntur cineres. Primo sacerdoti celebranti ab alio sacerdote, si adest. Alioquin ipse genibus flexis sibi ipsi coram altari cineres imponet, quorsum accedens communiter ad recipiendos cineres, inibi adstantes dicendo ipsis per sacerdotem celebraturum: memento homo quia cinis et puluis es et in cinerem et in puluerem reuerteris. Postea per eundem sacerdotem celebraturum incipitur: Exaudi nos domine cum psalmo scilicet: Saluum me fac. Sequitur per sacerdotem oremus, dyaconus dicit flectamus genua, leuate. Demum oracio: Concede nobis * [*Item post circuitum, adnotatur in infimo margine, benedicuntur omnes ante processum sermonis.*] domine presidia milicie. Et ita oracio dicitur pro illo die. Alys vero diebus psalmus exaudi domine versiculus peccauimus cum precibus. Demum oremus diaconus dicit flectamus, oracio parce domine parce. [21]

Item ad processionem benedictionis in ecclesia. Et cum aduenerint ad locum destinatum statim debet incipi psalmus scilicet: miserere mei Kirie, xriste, Kirie, postea a sacerdote: dicitur Et ne nos, versiculus domine non secundum peccata, oremus dyaconus flectamus genua, Exauditor omnium deus per xristum

dominum. Posthoc ibidem stando incipit letania a duobus sacerdotibus vel pueris et legitur usque ad medium, et cum peruenerint ad medium letanie conversi redibunt ad chorum. Finita letania dicitur antiphona media vita. [22] Hys quoque finitis per vnum sacrdotem intonatur versiculus: peccauimus, oracio dicitur super populum illius diei, in quo die missa dicitur vel cantatur.

Item notandum in missa die cinerum quod ab hoc usque ad dominicam dictam passionis post oracionem diei * [*In margine: Notandum de oracionibus ut sumende.*] secunda oracio dicitur a cunctis, tercia omnipotens sempiterne deus qui vivorum et cetera. Sed diligenter scire debes, quod quarumcumque dierum in quadragesima, statim post dominus vobiscum sequute a sacerdote dicitur oremus, a dyacono vero intonatur flectamus genua. Et semper ante oracionem dierum ferialium preterea alie oraciones supradicte, vel siue que fiant, iste due oraciones semper similiter sub vna conclusione. Et ita intonatur diebus singulis in quadragesima. Item * [*In margine de oracione super populum.*] oracione super populum taliter debet notari: vt quemadmodum post introitum tres oraciones cum tribus secretis dicuntur, eodem post communionem similiter tres complende dicuntur, post terciam vero complendam suam oracionem debet dicere sacerdos absolute: Oremus, dyaconus si in officio dyaconatus fuerit, respondet: Inclinate capita vestra deo, si vero dyaconus non fuerit, tunc ipse sacerdos, postea dicit oracionem super populum: Inclinantes se. Et iste modus seruatur usque ad quartam feriam mayoris hebdomades inclusive. Item in missa dierum cinerum [18c.] incipient tractus, videlicet: Domine non

secundum peccata. Et dicuntur usque ad quartam feriam medie quadragesime, quia in media quadragesima incipiuntur tractus Rex regum. Item prefacio omnibus diebus quadragesimalibus tam ferialibus quam dominicalibus, usque ad dominicam dictam passionis omnino: Qui corporali ieiunio vicia.

Item in secundis vesperis diei cinerum dicuntur psalmi feriales cum antiphonis ferialibus scilicet: Nisi tu domine, capitulum de die, ympnus ut in psalterio versiculi feriales. Responsorium conuertimini ad me, antiphona propria ad magnificat cum precibus et psalmis sicut in matutinis, similiter in completorio dicuntur preces cum psalmo, oracio diei dicitur propria tum commemoraciones super populum ut in matutino et in omnibus horis, nec non in secundis vesperis usque ad dominicam Invocavit. Item notandum quod in prima in quadragesima Responsorium semper debet legi xriste fili yesus, qui sacrasti sacrum ieiunium eripe nos, versiculus circumdabit te veritas eius.

ITEM NOTANDUM DE DOMINICA INUOCAVIT.

Item primo in sabbato statim finita missa incipiunt prime vespere. Antiphona ad vesperas: Advenerunt nobis cum vna antiphona ad psalmos Benedictus cum ceteris psalmis. Et eciam antiphona aduenerunt dicitur ad omnes vesperas quadragesimales tam dominicales quam feriales vsque ad dominicam de passione domini. Item prime vespere diebus sabbaticis quadragesimalibus et secunde vespere diebus dominicalibus semper debent legi solemniter sine precibus vnacum completorio. Quia diebus sabbaticis preces semper

expirabunt in vesperis cum septem psalmis integre usque ad finem. Item antiphona qua die proxima sabbati ante Inuocauit prime vespere incipiunt: Velum templi scissum debet ligari. Et quum legitur in passione domini: Et ecce velum templi scissum est, feria quarta maioris hebdomade Tunc debet velum deponi, et iam vlterius non sursum ligatur. [23] Capitulum proprium. Responsorium proprium. Ympnus ad vesperas: *Ex more docti* ad versum, antiphona ad magnificat propria, oracio propria et nullum suffragium. Item ad completorium die eodem sabbati antiphona de dominica Innocauit. Capitulum miserere mihi domine. Psalmus Cum inuocarem. Ympnus: *Criste qui lux*. [24] capitulum frange esurienti, Responsorium illumina oculos, versiculus Scuto circumdabit antiphona ad nunc dimittis vigilate ergo, oracio: deus qui illuminas. Item diebus sabbaticis post completorium de sero semper salue regina dicitur cum versibus et psalmis. Item in die sancto matutinum perficitur cum antiphonis propriis et psalmis matutinalibus, antiphonis scilicet: Aduenerunt, Commendemus per omnia. Intelliguntur ad alias horas istius diei absque prima, quia antiphona ad primam dicitur usque ad passionem domini omnibus diebus dominicalibus et sicut aliis diebus ferialibus: cum videris nudum, capitulum frange esurienti panem. Oracio ad primam domine sancte pater oracio ad completorium: Deus qui illuminas. Et non dicitur aliqua propria oracio Item in aliis diebus dominicalibus precise usque pascha. Dicuntur proprie antiphone ad psalmos nocturnorum dominicalium, qui et dicuntur ad paruas horas illorum dierum dominicalium semper excepta prima. Item ad matutinum Te deum non dicitur. Psalmi ad laudes;

Miserere, Confitemini cum ceteris, capitulum proprium, ympnus in prima dominica quadragesimali dicitur: *clarum decus ieiunii,* [25] in secunda *aures ad nostras.* Et consequenter antiphona ad Benedictus propria, oracio propria et nullum suffragium. Et intelligitur usque ad passionem domini omnibus diebus dominicalibus. Item ista antiphona: Aduenerunt nobis usque ad passionem domini dicitur omni die ad vesperas dominicalium nec non ferialium ceterorum. Item ista antiphona scilicet aduenerunt nobis, Commendemus per omnia semper ad paruas horas ferialium dicuntur usque ad passionem, domini, scilicet Judica me.

Item ad missam, prima processio asperges me, ad versiculos et collectam in processione Responsorium dicitur. ductus est jehsus, in redeundo vero dicitur ympnus: *ex more,* missa [19c.] peragitur ordine suo cum tractibus. Credo dicitur, prefacio: qui corporali ieiunio. In diebus dominicalibus quadragesimalibus sollemniter cantatur in feriis ferialiter cantatur. Ex hoc usque ad passionem domini. Et missa fit cum benedicamus domino. Item in secundis vesperis in dominica quadragesimali, cantentur cum antiphona Aduenerunt nobis usque ad passionem domini psalmi: Dixit dominus pro ut hodie. Capitulum proprium, responsorium ductus est jehsus, ympnus *ex more,* versiculus angelis suis, antiphona ad magnificat propria, cum completorio sine precibus. Item notandum: Quod quando diebus ferialibus letania dicitur cum talibus ad preces Confiteor in primis et completorio dicitur. Item in missa feriali eciam quum letania dicitur tunc eciam semper tractus dicuntur. Item diebus ferialibus in ieiunio ad psalmos nocturnales in matutino antiphone dicuntur de psalterio, que sunt post psalmos,

Item a dominica inuocauit incipiendo per totam quadragesimam ympnus qui dicebatur ad laudes dominice idem ympnus debet legi ad laudes feriarum eiusdem dominice, ebdomade integra tenetur. Et non dicitur ympnus iam de psalterio sicut alias dicebatur in estate ad ferias, aut sicut dicebatur a septuagesima ad ferias item ympnus.

Vespere finiuntur semper facta missa, dicuntur cum antiphona aduenerunt cum psalmis ferialibus et Responsoriis et ympnis eiusdem dominice integra ebdomade seruatur tali feria. Et tunc eciam in vesperis ferialibus responsorii dicitur versiculus spes mea, vel esto nobis; antiphonis et oracionibus propris nec non propriis precibus. Et eciam in talibus feriis ad completorium Responsorium dicitur Illumina oculos, vel autem responsorium idem quod in ebdomade seruatur. Item alys diebus ferialibus, in quibus in missa letania vel tractus non dicuntur, etiam in vesperis Responsorium non dicitur, neque in completorio in precibus Responsorium, neque cenfiteor in precibus dicitur, sed credo semper dicitur in feriis precibus. Item notandum quod in die dominice et eciam diebus ferys ad paruas horas a dominica Inuocauit ad aliam dominicam, scilicet Reminiscere usque ad dominicam antiphone dicuntur ista scilicet participem fac me deus cum aliis duobus Responsoriis. Item a dominica oculi cum alia dominica scilicet letare eciam dicuntur idem Responsorium bonum mihi domine cum aliis duobus Responsoriis usque ad dominicam de passione domini. Item dominica de passione domini cum alia dominica Ramis palmarum usque ad diem cene dicuntur ista Responsoria scilicet Erue a framea cum aliis duobus Responsoriis et cetera. Item feria secunda post domi-

nicam Inuocauit Inuitatorium dicitur istud: non sit vobis vanum. Et istud Inuitatoriuu dicitur diebus ferialibus usque ad dominicam oculi. Item ante psalmos feriales antiphona super populum dicitur, in matutino et in vesperis, scilicet ympno capitulo cum collecta illius diei in quo propria feria.

[* *I. m.: Nota de festis in quadr. ocurr.*] Item notandum in festis de quadragesima. Nam in quadragesima et eciam in vigilys sanctorum non fit tanta dies sollemnis beate virginis vel alterius sancti, quia post vltimam omeliam festiuitatis statim dicitur: Tu autem domine, statim dicitur ferialis immediate ante Responsorium festiuitati diebus debet incipi omelia quadragesime aut vigilie ac postea concludi cum Responsorio vltimo festiuitatis et cum benedicamus dicitur sollemniter statim debet dici suffragium de feria, aut quatuor temporibus aut de vigilia cum antiphonis, precibus et psalmis et oracione. Et in quadragesima eciam dicitur super populum et vltimo dicitur benedicamus domino ferialiter. Et septem psalmi usque ad de profundis et domine exaudi vltimi dicuntur eciam pro secundis vesperis earum secunde vespere in quadragesima eciam, facta missa sollemniter percantata, cum antiphonis et psalmis, capitulo, ympno, versiculo et cum antiphona ad magnificat et oracione, omnibus propriis finiuntur solemniter et concludunturtur cum benedicamus [2oc.] domino sicut in matutinis et eciam solemniter. Deinde antiphona de feria, psalmis et collectis, nec non super populum concludendo cum hys duobus psalmis, scilicet De profundis pro secundis vesperis et Domine exaudi vltimo, post completorium, Et finiuntur cum benedicamus feriali. Ideo dicitur in vesperis vltimus Domine exaudi: Quia in omnibus festiuitatibus et dominicis completorium legitur abso-

lute sine precibus tam post primas vesperas quam post secundas.

Item de sanctis tam prime vespere quam secunde eciam post missam statim perleguntur, ut dictum est supra. Item hys diebus festis eciam ad horas paruas scilicet: ad primam, terciam, sextam, nonam dicuntur de laudibus eorundem festorum. Capitulum ad primam et ad completorium dicitur sicut aliis diebus in quadragesima, scilicet: frange esurienti aut Confundantur qui me, et oracio ad primam Domine sancte pater, et ad completorium Deus qui illuminas. Item nota si de festo seruatur tunc eciam missa ferialis debet cantari ante sollemnitatem misse festiualis: quia missa festiualis communiter solemnisatur in choro. Item omnibus diebus sabbatis dominicalium in quadragesima propter sollemnitatem ad completorium Responsorium dicitur eciam in festis diebus in feriis occurrentibus propter solemnitatem ad completorium post primas vesperas et secundas semper Responsorium dicitur. Item istis diebus predictis tabule sollemnes in ecclesia existentes * [*In margine: Quando tabulae apperiuntur.*] semper aperiuntur propter sollemnitatem. [26] Item notandum quod in sabbato proximo ante dominicam in passione domini ad psalmos vespertinales dicuntur antiphone impiorum, psalmi Benedictus. Item in missa prefacio dicitur: qui salutem humani generis in die dominico. Item adhuc in primis vesperis capitulum proprium, Responsorium Circumdederunt ad versiculum sine Gloria. Ympnus *vexilla regis,* versiculus de ore leonis, antiphona ad magnificat propria. Ad completorium antiphona Miserere mei, psalmus Cum inuocarem, ympnus *xriste qui,* capitulum Confundantur qui me, versiculus Usquequo exaltabitur, antiphona ad

nunc dimittis: O rex gloriose, oracio Deus qui illuminas. Item hec antiphona o rex gloriose ad nunc dimittis canitur in primis quam in secundis vesperis dominice vel eciam ferialis Responsorium et in completorio versiculus et quidem in precibus confiteor dicitur. Sed quando in vesperis responsorium non dicitur, neque in completorium, tunc ad nunc dimittis dicitur antiphona Gregem tuum domine. Eciam a feria tercia, feria quarta erit oracio: Deus qui illuminas. Et ita supradicta intonantur a die passionis domini vsque ad dominicam Ramis palmarum.

Item ad introitus misse a die passionis domini vsque ad diem cene gloria patri non dicitur, neque ad responsoria matutinalia neque ad responsoria vespertinalia, neque ad completorium, neque ad responsoria aliarum horarum. Sed ad psalmos nocturnos sive vespertinos, nec non ad psalmos completorii vsque ad cene gloria patri dicitur Item in missa passionis domini ut dictum est, prefacio: Qui salutem usque ad diem cene dicitur et similiter in cena domini. Ista prefacio dicitur. Item in matutinis et in die passionis domini ad venite, gloria non dicitur. Item antiphona ad primum nocturnum prima: ego demonium, secunda: ego gloria, tercia abraham, pro laudibus proprie cum capitulis propriis, hymno matutinali per totum usque ad diem cene, *Pange lingua*, antiphona ad benedictus propria, similiter oracio. Item a dominica passionis domini usque ad dominicam Judica ad psalmos nocturnos in matutinis usque ad dominicam Ramis palmarum antiphone dicuntur de psalterio diebus ferialibus, sicut alias dicebatur. Item ad primam antiphona libera me domine, psalmus deus deus meus respice, capitulum ut in completorio, Responsorium xriste fili, versiculus Qui passus pro nobis

ad primam gloria patri non dicitur. [21c.] Item ad terciam, sextam, nonam antiphone dominicales dicuntur ut supra. Responsoria ad paruas horas dicuntur: Erue a framea cum aliis responsoriis ut supra. Item ad primam diebus ferialibus eciam dicitur hæc antiphona, scilicet libera me domine, sed ad paruas horas feriales iste antiphone videlicet Anime impiorum, ad terciam abraham pater, ad sextam vero Quinquaginta annos. Et iste antiphone feriales dicuntur omnibus diebus usque Ramis palmarum. Item ad secundas vesperas dominicalium et eciam ferialium antiphone semper: anime impiorum, psalmi Dixit dominus per ordinem capitulum proprium, Responsorium Circumdederunt me, Versiculus in te iactatus sum, ympnus Vexilla regis, antiphona ad magnificat propria et similiter collecta. Item feria secunda post dominicam Judica me, in matutinis et vesperis, antiphona super populum: Sicut exaltatus est serpens et cetera, versiculus de ore leonis et cetera cum collecta eciam omnibus horis. [27]

Item notandum quod feria secunda proxima post dominicam Judica usque ad quartam feriam magne ebdomade inclusiue in omnibus missis ferialibus post collectam finalem * [*In margine: Notandum de collectis, quomodo debeant seruari diebus ferialibus ante Ramis palmarum.*] dicitur secunda collecta videlicet ecclesiam tuam quæsumus domine et cetera, tercia vero collecta videlicet pietate tua quæsumus domine. Item notandum quod sabbato proximo ante Ramis palmarum, in primis vesperis anime impiorum psalmi Benedictus, ympnus *vexilla regis,* capitulum proprium cum oracione, antiphona ad magnificat propria, Responsorium ingressus pylatus sine gloria. Ad completorium responsorium: Dixi conscendamus in palmas.

Item in die sancto in matutinis ad psalmos nocturnos antiphone: pueri ebreorum tollentes, secunda pueri ebreonum, tercia Osanna filio, alia omnia in ordine libri. Similiter iste antiphone nocturnorum dicuntur ad omnes alias horas die dominice, scilicet ad terciam, sextam et nonam. ad primam vero diei dominice antiphona Mittens hec mulier, psalmus deus deus meus, capitulum cum oracione ut in completorio de sero hesterna. Responsorium xriste fili dei, qui passus es pro nobis. Item ad secundas vesperas Ramis palmarum: anime impiorum cum psalmis, capitulum proprium, Responsorium Ingressus, vel Ingrediente domino cum ympno *Vexilla,* antiphona ad magnificat propria cum collecta. Item ad completorium Responsorium dicitur. Similiter in ferys, quod in vesperis Responsorium dicitur, tunc eciam in completorio Responsorium dicitur.

Item diebus ferialibus eciam hec antiphona scilicet: Mittens hec mulier dicitur ad primam, adnotare libet quod in hys diebus sunt proprie laudes feriales. Item ad terciam in feria dicitur antiphona Quid molesti estis, Responsorium vero de dominica. Ad sextam antiphona ancilla dixit petro. Ad nonam Rogabo patrem meum. Item notandum feria secunda mayoris ebdomade, quod inuitatorium dicitur: Ubi temptauerunt me, ultimus psalmus venite. Ad psalmos nocturnos tantum vna antiphona scilicet Infirmata uirtus est mea, psalmus Dominus illuminacio. Ad psalmos vero vespertinos similiter vna antiphona: Non sis in formidine, psalmus dilexi quoniam, super populum antiphona: Si opportuerit me mori tecum. Item feria tercia mayoris ebdomade Inuitatorium dicitur Quadraginta annis psalmus venite, antiphona Tibi reuelaui causam

psalmus dixi custodiam, ad psalmos vespertinos antiphona recordare mei domine, psalmus letatus sum. Item feria quarta mayoris ebdomade, Inuitatorium Quibus iuravi in ira, psalmus venite, antiphona: Quia ego tecum sum, psalmus dixit insipiens. Ad vesperas antiphona Consilium fecerunt inimici, Nisi dominus, capitulum dixit ysaias, ympnus *vexilla,* antiphona propria ad Magnificat. Preces vero expirauerunt in nona in eadem quarta feria, oracio solum una: Respice quesumus, que erat super populum. Ad completorium antiphona Miserere cum psalmis ad completorium pertinentibus secundum ordinem. Ympnus *Xriste qui lux.* Responsorium dicitur in manus tuas, antiphona ad nunc dimittis, Simon dormis, oracio deus qui illuminas. [28]

ITEM FERIA QUINTA IN CENA DOMINI.

[22c.] Item matutinis Domine labia, deus in adiutorium et Inuitatorium advenite non dicitur, sed antiphona scilicet Zelus domus tue ad psalmos incipit absolute hys tribus diebus, scilicet in cena domini, sexta feria et sabbato mayoris ebdomade ad psalmos et ad responsoria gloria patri non dicitur sicut prius eciam ad responsorium non dicebatur. Finitis psalmis et responsorys dicitur versiculus ampliauit super me, et cetera. Kyrie, xriste, Kyrie, pater integre sub silentio, et in fine pater noster et versus, neque benedictio petitur pro lectionibus, nam sine ea dicuntur lectiones. Laudes dicuntur per ordinem cum psalmis, neque capitulum neque ympnus cum versiculo, instantanee antiphona dicitur ad benedictus videlicet traditor autem,

Hys finitis dicitur Kyrie, domine miserere nobis. Item hys tribus diebus predictis in processione dicitur iterum ympnus *rex xriste*. Et cum peruenerint ad sepulchrum ibi flexis genibus legitur miserere mei deus, per totum sub silencio cum pater incipiendo, et collecta respice quesumus absolute sine oremus et sine per dominum. Item notandum quod hys diebus, videlicet cena domini, et sexta feria et sabbatho sacro parue hore debent legi. Ad primam psalmus Deus in nomine, Retribue, laudate dominum, Miserere mei per integrum versiculus xristus factus pro nobis, oracio respice quesumus finiendo absolute et nichil postea. Ad terciam psalmi sicut alias, vltimo psalmus miserere mei per integrum, versus xristus factus pater noster, oracio respice, nichil preterea; et eodem modo ad sextam, et ad nonam dicitur oracio, neque capitulum neque responsorium, nec ad psalmum miserere mei concludi.

Item notandum quod in die cene ac alys duobus diebus videlicet sexta feria et sacro sabbatho sequentibus in matutinis tredecim candele incenduntur. [29] Immo non sic bene exparte in misterio fortassis quindecim deberent fore. Sed ex illis tredecim candelis in fine cuiuslibet psalmi matutinalis unquaqueque candela precise extinguitur. Et in fine solum vna candela precise seruatur infigata quousque Benedictus dominus deus israel finietur, post hoc illa eciam extinguitur propter redemtionem populorum. Item duodecim candele sunt duodecim apostoli, sicut enim duodecim candele post se se extinguntur, ita et ipsi apostoli in hora passionis quidem dubitaverunt in fide de vocatione xristi. Et non fuerunt in fide stabiles sed extincti sunt. Sed decima tercia candela fuit beate virginis marie; quia sicut vltima candela extinquitur

post benedictus et prius semper suplucebat, sic in beata virgine nunquam defuit fides, sed semper luxit, scilicet ante passionem et post passionem, et redempcio nunquam fuit extincta in fide, sed semper luxit iugiter. Igitur non solum in beata maria virgine mansit fides. [30]

Item matutino diei eciam in die cene Te deum non dicitur. Item ipso die cene ad officium misse gloria patri non dicitur. Item notandum quod ite missa est semper sequitur gloria in excelsis. Ideo quibuscunque diebus gloria in excelsis non dicitur, in illis diebus missa finitur cum benedicamus domino. Item si in die cene crisma non consecratur, tunc gloria in excelsis non dicitur. Si vero consecratur tunc gloria in excelsis dicitur. Item credo non dicitur, sed prefacio Qui salutem. Item in missa diei cene domini in tercio agnus dei, dona nobis pacem non dicitur, sed finitur sicut prima duo agnus. Neque ipso die pax datur, nec duobus diebus sequentibus propter parasceue. [31] Item cena domini, parasceue, completorium peragitur sic: psalmi Cum inuocarem, In te domine, Qui habitat, Ecce nunc, nunc dimittis, Domine quid multiplicati, xristus factus est pro nobis, Kyrie, xriste, Kyrie pater noster, oracio Respice quesumus, sine per dominum. Item istis predictis duobus diebus completorium legitur sub silentio propter parasceue sine antiphonis et capitulis et sine versiculis. [23c.]

Item ad mandatum in cena domini de sero, conuenient omnes clerici. Postea sic incipit epistola sine tytulo ad laudatum modum, deinde ewangelium sine dominus vobiscum et sine tytulo conuenienti, preterea tamen festiualiter, ut hys finitis cantores debent incipi antiphonam et Responsorium in hoc conueniens. Tunc

dominus pontifex vel archidiaconus, vel quis deputatus ad hoc. Interim quousque antiphona ad Kyrie canitur, pedes discipulorum per pontificem vel suum deputatum lauari debent et osculari. Hys peractis per eundem pontificem dicitur mandatum nouum do vobis, Chorus eciam respondet vt diligatis inuicem. Et quidem postea fiat sermo ad clerum. Et interim altaria debent denudari. Incipit ympnus *Tellus ac ethera* et cetera cum ingrediuntur chorum. Sed de isto ympno solum canuntur duo aut tres versus. [32] Deinde episcopus antiphonam diuiserunt sibi vestimenta sua, psalmum deus deus meus respice, resumendo antiphonam diuiserunt. Et interea pontifex abluit altaria denudata, hys omnibus completis, per chorum dicitur completorium sub silentio. Et similimodo omnes hore trium dierum, exceptis matutinis sub silentio et absolute. Item hic laudate dominum omnes gentes, in tribus diebus, videlicet cene, parasceue, in sabbato sancto legitur de tempore, hoc est de die. Ad primam loco Quicunque vult, in iisdem psalmus laudate dominum oracio debet legi in horis beate virginis, loco suo sicut alias est legendum. Et quicunque vult, sicut aliqui dicunt, quod quicunque debet legi in horis beate virginis loco laudate dominum omnes gentes, sed ad hoc non tenetur. [33]

ITEM IN DIE PARASCEUES.

Item dictis omnibus horis episcopus accedit ad altare nigris vestibus: videlicet cappa indutus habens mitram et baculum pastoralem. Dyaconus vnus canonicus, subdyaconus vnus altarista vel capellanus solum albis in-

duti. Ceteri ministri solum in suprapelliciis. Et incipiat per dominum prepositum maiorem prophetia sine titulo. In tribulatione sua. Deinde sequitur. Tractus. Quo finito episcopus dicat oremus. Dyaconus Flectamus genua. Leuate more alias consueto. Oratio Deus a quo et iudas. Qua finita sequitur altera prophetia per dominum lectorem sine titulo. Deinde sequitur tractus. Eripe me cum suis versibus. Postea incipit passio sine titulo super nudum pulpitum et nudis pedibus. [34] *Item non petitur benedictio etiam ad euangelium. Item ubi in passione dicitur. Partiti sunt sibi vestimenta mea, deponuntur duo angularia de altari prius apposita. Finita passione per totum episcopus nigra cappa vt supra indutus dicat orationem vt in missali. Post Oremus dyaconus dicat. Flectamus genua. Finita oratione subdyaconus dicat. Leuate. Tandem episcopus dicat Per dominum. Dicto amen statim incipit alia Oratio pro papa. Et sic consequenter. Item ad orationem pro iudeis non dicitur Flectamus genua, neque Leuate, neque amen.*

Finitis orationibus descendat clerus ante altare sancte crucis episcopo cum astantibus ipsos sequente. Interim duo canonici rubeis casulis induti de sacrastia exportant crucifixum coopertum casula rubea, et habentem in pectore pacificale vnum cantantes lenta voce. Populo meus et duo precedentes supra suprapellicium solum dalmaticis rubeis induti. ipsis cum lucernis ardentibus precedunt et post singulum versum Populo meus ipsi precedentes cantent Agios Otheos. Choro post ipsos repetente Sanctus deus. Sanctus fortis. [35] *Interim cum crucifixo lente venientes ducunt ad altare sancte crucis dominum episcopum. Finito Populo meus cum suis versibus tandem episcopus cum illis duobus canonicis primum leuando crucifixum cantent Ecce lignum crucis. Flebili voce.*

Choro prosequente In quo salus mundi. Interim parum leuent casulam super crucifixo. Secunda vice iterum episcopus cantet Ecce lignum crucis. Parum altius leuando vocem et ipsum crucifixum similiter melius aperiendo. Tercia vice similiter episcopus cantet. Ecce lignum crucis. Flebiliter altius levando vocem et crucifixus ab ante totaliter discooperiatur. Choro repetente. In quo salus mundi cum versu. Beati immaculati. Et episcopus salutet et oscudetur crucifixum. Similiter et totus clerus. Cantantibus pueris **Crux fidelis.**

Salutato crucifixo per clerum et episcopo orationes vt sunt in libro demissa voce legente Reuertatur clerus ad chorum, et domino episcopo cum astantibus ipsos sequente procedat ad altare et induat casulam nigram. Interim prefati duo canonici corpus domini pridie reseruatum sub paruo velo et lucernis precedentibus clapernando de sacrastia exportent reuerenter. Hos versus cantando videlicet. **Laudes omnipotens.**[36] *Choro repetente post ipsos. Item post secundum versum repetitur solum. Corporis immensi. Et post tercium iterum ab ante et sic deinceps. Finitis his et corpore dominico ducto ad altare nudum. Super quo subcustos extendat corporale et deponatur calix in quo corpus domini defertur. His finitis episcopus in casula nigra faciat communem confessionem. Cetera omnia dicantur ut in missali continentur. Sumpto corpore xristi incipiant psalmi ad vesperas simpliciter. Confitebor. Domine probasti. Domine clamavi. Voce mea. Magnificat. Miserere mei sine Gloria patri. Xristus factus est. Kirieleyson. Xristeleyson. Kirieleyson. Pater noster. Oratio per episcopum dicatur. Respice quesumus.*

Interim subcustos exportat monstrantiam cum sacramento pro sepultura ad altare magnum. His peractis descendat chorus processionaliter ad locum vbi sepultu-

rum ordinatam est, episcopo ipsos cum sacramento sequente precedentibus quattuor precedentibus seu iuuenibus cum bacculis auratis. cum candelis accensis. Et dominus episcopus recondat crucem cum sacramento reuerenter. thurificando et aspergendo ac sigillando sepulchrum. Interim chorus cantet ℟. *Hierusalem luge. Ecce vidimus. Plange quasi virgo. Recessit pastor bonus. Recondito sacramento chorus cantet* ℟. *Sepulto domino. Et postea dominus episcopus dicat versum et orationem ut in missali. Tandem facta reuerentia recedat.* [37] *In completorio aderit dominus episcopus. Et legantur circa sepulchrum psalmi ut in die cene domini. Finito completorio aspergatur et thurificetur sepulchrum. Deinde facta reuerentia recedunt.*

ITEM NOTATUR IN SACRO SABBATO.

Mayoris ebdomade, ex quo fontem in eodem die consecrant solo eodem die non indigent fontem visitare. Sed debent visitare in die resurreccionis domini, inter secundas vesperas infra octauam resurreccionis domini usque diem sabbati proximum ante dominicam. Quasi modo geniti. Item sacro sancto sabbato. In missa Kyrie eleison dicitur cum oracione, epistola, ewangelium et eciam prefacio dicitur de resurreccione Domini. Item gloria in excelsis dicitur sed credo non dicitur, nec offertorium dicitur, neque pax domini, neque eciam agnus dei dicitur. Ite missa finitur cum benedicamus domino et addendo tria alleluia ad benedicamus. Item ad vesperas, que in sacro sabbato eciam dicuntur statim post missam sicut in predictis dice-

batur. Antiphona ad vesperas tria alleluia, psalmus laudate dominum omnes gentes sine gloria, et non plures psalmi. Antiphona ad Magnificat: Vespere autem sabbati sine gloria, et sic missa peragitur in sacro sabbato. Item completorium canitur in sacro sabbato sine deus in adjutorium sicut predictis duobus diebus, psalmus cum inuocarem sine gloria patri, antiphona ad nunc dimittis alleluia, pascha, oracio Spiritum nobis, Deus qui illuminas. Item notandum, quod in passione domini tabula debet stare semper aperta, et missa celebratur in casula. Sed dyaconus et subdyaconus non induuntur dalmaticis, sed solum albis ministrant sacerdoti. [38]

IN FESTO RESURECCIONIS DOMINI.

Item notandum, quod in matutino et omnibus aliis horis et similiter infra octauam eiusdem domine labia mea apperies et deus in adjutorium semper dicuntur, exceptis secundis vesperis eciam infra octauam existentibus: quia secunde vespere propter sollemnitatem fontis et olei debent incipi cum Kyrie eleison nouem. Sed multi qui legunt vesperas [24c.] possunt absque Kyrie eleison incipere vesperas, scilicet cum deus in adjutorium meum; nisi in choro propter sollemnitatem fontis consecrationis sic consueuerunt vesperas incipere nouem Kyrie eleison.

Item in matutino post vltimam omeliam, dum chorales incipiunt ad responsorium: Dum transisset, debent procedere usque ad sepulchrum. Et ibidem chorales versiculum cum gloria patri sollemnisabunt. Ibi-

que ministri stantes candelis accensis, Thure et thuribulo ibi existentibus, et interim vnus leuabit sepulchrum et hostiam et dominus pontifex siue plebanus, precedentes sollemniter thurificabit. Dein corpus cum parua cruce excipiet, quod impositum fuit feria sexta mayoris ebdomade. Et excipit cum versiculo isto: Surrexit dominus de sepulchro alleluia, qui pro nobis et interea circa altare beate virginis calicem cum corporalibus preparant. Tunc dominus pontifex seu plebanus accedens corpus xristi super patenam tenens in manu honorifice et ad maximam reuerenciam vertat se tribus vicibus ad populum cum corpore xristi cantando pax vobis cum suo alleluia, Chorus respondet: nolite timere alleluia. Deinde processio canendo redibit ad chorum sollemnisando Te deum. [39]

Item ad primam antiphona angelus domini, psalmi Deus in nomine, Confitemini, retribue, laudate, hec est dies cum versu alleluia, posthac oracio Spiritum nobis, Domine sancte pater. Et confitemini loco quicunque dicitur omni die usque ad octauam. Et isto modo parue hore, scilicet tercia, sexta, nona cum antiphonis et hec est dies per octauam leguntur. Item ad primam de die dicitur Exultabunt, omnes oraciones beate virginis marie post oraciones. Item notandum quod infra octauam pasche parue hore beate virginis et mortuorum cum missis non leguntur. [40] Item in secundis vesperis post novem Kyrie eciam ante in choro. Deinde antiphona angelus autem domini cum duabus antiphonis sequentibus, psalmus dixit dominus cum ceteris, post Hec dies, alleluia pascha, antiphona ad magnificat: Et dicebant ad inuicem, postea cum processione descenditur ad sacrum fontem cantando: Vidi aquam. Et circumeundo fontem nonies

Et cantando ibi due antiphone cum duobus psalmis vespertinis perficiuntur. Deinde dicitur versiculus ad collectam, Responsorium Xristus resurgens. Interim processio redibit ad chorum, postea in choro dicitur versiculus ad collectam. Et tandem finitur vespera cum benedicamus domino et tribus alleluia. Item ad completorium psalmus: Cum invocarem et ceteri, hec est dies cum versiculo, antiphona ad nunc dimittis alleluia, resurrexit dominus, oracio: Spiritum nobis, Deus qui illuminas. Item notandum quod secunde vespere extra chorum non diuiduntur sicut modo predicto. Sed quinque antiphone cum quinque psalmis dicuntur post vnum alterum, Deinde hec dies cum versiculo, postea antiphona cum magnificat, tandem oracio istius diei.

Item in festo resurreccionis domini usque ad sabbatum proximum ante dominicam quasi modo ad matutinum et ad omnes horas ympnus et capitula non dicuntur. Item notandum quod infra octauam resurreccionis domini Inuitatorium Surrexit dominus vere alleluia venite, antiphona cognoverunt dominum, versiculus Surrexit dominus de sepulchro, omelia omni die dicitur. Te deum dicitur. Laudes angelus, hec dies cum versiculo istius diei, antiphona ad Benedictus ut in libro, solum oracio vna dicitur. Item tempore paschali diebus ferialibus [25c.], siue in primis vesperis, siue in secundis, antiphona ad psalmos pax vobis, Responsorium non dicitur, capitulum et oracio de dominica, ympnus *Chorus noue,* [41] versiculus Mane veniebant, antiphona ad magnificat. In matutinis vero antiphona ad psalmos nocturnos Coegerunt, laudes Pauidi sunt, Ympnus *aurora lucis.* Ad horas conclusio ympnorum: *Christus auctor omnium, gloria tibi domine*

qui surrexisti. In missa vero feriali alleluia, semper pro graduali Surrexit pastor, vel angelus Domini, Sequentia: *mundi renovacio,* Prefacio de resurrexione.

ITEM NOTANDUM DE SANCTIS TEMPORE PASCHALI.

Primo quod licet in matutinis secute sint lectiones proprie de aliquo sancto, cum proprio legitur omelia: Ego sum vitis vera. Deinde lectiones proprie laudum Sancti tui domine, ympnus cum versiculo letamini. Item conclusio ympnorum de sanctis: gloria tibi domine, qui surrexit. Item ad primas vesperas de sanctis antiphona semper pax vobis, quinque cantate, capitulum Omne gaudium, versiculus Stabunt iusti in magna, antiphona ad magnificat ut in libro breviary. Item in missa de sanctis. Kyrie canitur pascale, pro graduali Surrexit pastor bonus, postea propria, alleluia. Sequencia de resurreccione domini. Et ita supradicta dicuntur usque ad ascensionem domini. Item quando seruatur de sanctis, tunc post oracionem diei secunda oracio dicitur de dominica, tercia dicitur de omnibus sanctis scilicet conserua. Et in missa dicitur introitus. Item secunde vespere de sanctis leguntur cum antiphonis de laudibus, scilicet sancti tui domine, et ympnus *vita sanctorum* [42] dixitur in primis vesperis quam in secundis de sanctis. Item de sanctis dicuntur benedictiones, ad omeliam dicitur primo Sanctum ewangelium, ad proprias vero lectiones Benedictione perpetua et Vnigenitus. Item quando de sanctis seruatur tempore paschali usque ad ascensionem domini, tunc suffragium

non debet fieri de resurrectione domini, nisi de dominica istius ebdomade, in ceteris si seruatur de sanctis, [43] semper alia suffragia secuntur, primo de sancto petro et paulo, deinde de sancto adalberto antiphona Beatus vir, de omnibus sanctis antiphona: In celestibus regnis, de pace Da pacem. Sed quando festum seruatum ante dominicam includitur in aliqua feria tunc suffragium non debet fieri de dominica, nisi dicitur in commemoracionem domini antiphona de resurreccione: Surrexit dominus de sepulchro, versiculus Surrexit dominus vere alleluia, Deinde de sancta cruce, de sancto adalberto omnibus sanctis, de pace.

ITEM ISTA SUFFRAGIA PREDICTA.

Debent incipi secunda feria proxima post dominicam quasi modo. * [*In margine: Nota hore de beata virgine quando incipi debent.*] Item hore beate virginis debent incipi sabbato ante dominicam quasi modo. Et mortuorum debent incipi secunda feria proxima post dominicam quasi modo. Item diebus sabbati tempore paschali, quando in omelia videlicet Stabat iuxta crucem debet legi pro beata virgine tunc sexta feria ante sabbatum dicuntur prime vespere beate virginis cum quinque laudate. Tunc antiphona ad magnificat. Regina Celi, in completorio antiphona ad nunc dimittis alleluia, sancta dei genitrix alleluia.

ITEM NOTATUR IN OCTAUA PASCE.

Quod sabbato proximo ante dominicam quasi modo antiphona dicitur pax vobis. Psalmus Benedictus cum alys psalmis, capitulum expurgate vetus fermentum, Responsorium dum transisset, ympnus *chorus noue*, versiculus Surrexit dominus, antiphona omnibus diebus sabbati usque ad ascensionem ad magnificat dicitur Maria Magdalene, oracio de resurreccione. Et in completorio ad nunc dimittis sicut in sacro sabbato alleluia pascha. Item post pascha omnibus diebus dominicis, tam in primis vesperis diei sabbati, quam et in missa, nec non in omnibus horis diei dominice. Et in secundis vesperis eiusdem dominice, dicitur oracio, versiculus sicut in festo resurreccionis domini. Quia post octauam omnibus dominicis et diebus sabbati seruantur omnes hore precise sicut in festo resurreccionis domini excepto isto quod non hec dies [26c.]. Item prefacio de resurreccione domini. Item alia suffragia dicuntur in horis beate virginis. Item ad primam antiphona: Angelus autem domini, psalmi: Deus in nomine tuo, Confitemini, Beati Retribue, et quicunque eciam diebus dominicis. Capitulum xristus resurgens, Responsorium xriste qui surrexisti, oracio Spiritum nobis, Domine sancte pater. Item in secundis vesperis diei dominice antiphona angelus autem domini, psalmi dixit per ordinem, et alia in resurreccione domini vel die sabbati, antiphona ad magnificat: et dicebant. Ad completorium antiphona alleluia resurrexit dominus ad nunc dimittis, omnibus diebus.

ITEM DOMINICA QUASI MODO GENITI.

A prima dominica cum sequentibus dominicis usque ascensionem domini transponuntur ad feriam secundam propter octauam resurreccionis domini. Item si post octauam pasce aliquod festum venerit ista dominica festum sollemne, tunc post dominicam ita postponatur ad secundam diem sicut in estate, et legetur de illo sancto vel festo. Item diebus pascalibus tam dominicis quam ferialibus siue primis siue secundis vesperis. Iste ympnus dicitur semper. Item sciendum est quod quandocunque diebus ferialibus dominica includitur antiphona propria semper seruatur, et iam ad diem crastinam de vno alio sancto seruatur, intendendum, tunc secunde vespere illius dominice fiant inclusiue autem de illa feria simplici non leguntur. Quia illa dominica feria inclusa, propterea illa feria seorsum non indiget secundis vesperis, nam sic simpliciter suffragium dicitur in dominica. Item notandum de dominica, venite inchoatur illa dominica Quasi modo, psalmi, versiculi, oracio dicuntur cantando istud officium Resurrexi sicut in die resurrectionis domini cum omnibus aliis pertinentibus suis. Et pro graduali canitur angelus domini, alia sicut in resurrectione domini.

ITEM TERCIA DOMINICA.

De resurreccione domini venit inchoare illa dominica Misericordia domini, pro graduali canitur alleluia, Surrexit pastor. Et in sequentibus tribus dominicis debet intelligi, videlicet pro graduali alle-

luia Surrexit pastor bonus. Item notandum quod inter octauas resurreccionis domini imponitur dominica ferie secunde, ut est consuetudo impositionis propterea quando die dominica octaua resurreccionis domini cantatur, tunc eadem feria secunda debent legi secunde vespere istius dominice imposite. Et ideo quando die dominica de octaua resurreccionis domini legerunt, licet secute die scilicet crastina feria tercia seruetur de sanctis. Et tunc de sanctis, vel de festo sanctorum debet fieri suffragium, vel debent legi proprie vespere, si est conueniens festum. Item notandum quod a dominica prima resurreccionis domini, que dicitur Quasi modo geniti, usque ad expiracionem octauarum resurreccionis domini In omni sabbato ad completorium et die dominico cras ad primam, nec non ad completorium eiusdem diei dominice debet legi ista oracio videlicet: Spiritum nobis, ante cottidianam oracionem. Sed alys diebus sequentibus debet legi ista, videlicet presta quesumus. Item infra octauam resurreccionis domini ad completorium debet legi idem versus cum alleluia post hec dies, qui legebatur in matutinis et vesperis et omnibus alys horis istius diei. Et quousque capitulum et Responsorium et ympnus idem habetur.

ITEM NOTANDUM DE ROGACIONIBUS.

Notandum secunda feria rogacionum Te deum dicitur propter officium diei dominice, Exquo officium dominicale secunda feria peragitur, alioquin neque feria secunda diceretur Te deum. Item feria tercia rogacionum Te deum non dicitur, Et prefacio cottidiana

dicitur in missa. Item feria tercia rogacionum vespere sic aguntur, uidelicet capitulum et antiphona ad magnificat et collecta de dominica precedenti dicuntur. Item feria quarta rogacionum, videlicet in vigilia ascensionis domini Te deum et in missa vnum alleluia dicitur. Et prefacio cottidiana dicitur. Item in eadem vigilia nullum suffragium peragitur plus, nam solum collecta istius vigilie. Si autem aliquis voluerit poterit addere collectam diei dominice vel alicuius festo proxime ocurrentis, sub vna et eadem conclusione cum oracione ipsius vigilie ascensionis. [44]

ITEM NOTANDUM DE ASCENSIONE DOMINI. [27c.]

Et primo quidem quod a festo ascensionis domini incipiendo usque ad dominicam futuram non debent fieri suffragia de aliqua dominica per totam octauam. Sed omnia suffragia peraguntur in horis beate virginis. Item notandum: consulunt aliqui quod iam expleta octaua ascensionis domini, die crastina videlicet feria sexta, ex quo iam expirauerunt omnia capitula et collecte tam ad primam quam ad completorium, etiam dicantur versiculi cottidiani cum capitulis, collectis, nec non prefacionibus. Et seruarentur hore de sanctis cum cottidianis capitulis et collectis nec non prefacionibus cottidianis. Et ista opinio est minus probabilis. Alii tamen dicunt et melius quod exquo vespere penthecostes omnia perficiuntur de historia ascensionis domini cum omnibus suis pertinentibus, et verisimiliter ea de causa videtur verius et congrue seruare omnibus pertinentibus exceptis lectionibus, que sunt per se ad feriam sextam predictam precise de hystoria

ascensionis Te deum dicitur, capitulum et collecta dicitur de dominica; offertorium, collecta, epistola, ewangelium, oracio de dominica. Item in secundis vesperis antiphona viri galilei. Responsorium non dicitur, alia omnia de dominica per octauam ebdomade. Item notandum de dominica que infra octauam accidit ascensionis domini. Nota siue in primis, siue in secundis vesperis omnia dicuntur de ascensione domini, exceptis oracione et capitulo dominicalibus. Item in matutinis et aliis horis Responsorium et alia dicuntur de ascensione, in missa et aliis horis additur collecta ascensionis ad dominicam immediate sine antiphona aliqua et ceteris. Sed in secundis vesperis faciunt suffragium de ascensione cum antiphona: O rex gloriose et ceteris.

ITEM NOTANDUM QUOD IN VIGILIA PENTHECOSTES:

Peragitur de historia ascensionis domini: quare Inuitatorium, antiphone, psalmi, Responsoria et versiculi cum leccionibus dicuntur sicut die ipsius ascensionis cum suis pertinenciis. Te deum laudamus non dicitur. Item in vigilia penthecostes ad omnes horas solum dicitur vna oracio scilicet sancti spiritus quesumus. In missa vero dicitur: gloria in excelsis, et epistola, ewangelium sollemniter canuntur, prefacio Qui ascendens super omnes celos, sine introitu Kyrie incipit paschale et cetera. [45]

ITEM NOTANDUM IN FESTO PENTHECOSTES.

Notandum in eodem festo ad primam et ad omnes alias horas, excepto completorio dicitur iste ympnus: *Veni creator* usque in finem; cum in ipso die loco ympnorum istorum, videlicet Jam lucis, nunc sancte ac aliis ympnis. Item ad primam post psalmos dicitur iste psalmus laudate dominum, Exultabunt et dicitur post commemoracionem beate virginis Item infra octauam penthecostes, que quatuor temporum ocurrunt in omnibus quatuor temporibus, propter sollemnitatem Te deum dicitur, neque flectamus genua dicuntur. Nec aliis quatuor temporibus, que illis quatuor temporibus penthecostes dicuntur, speciatim in sabbatho, quando cantatur Caritas dei. Item quando omelia legitur semper ante omelias dicitur Exaudi quesumus domine preces seruorum tuorum et cetera. Item sabbato proximo ante festum sancte trinitatis de octaua penthecostes secunde vespere non leguntur. Et ideo quia octaua penthecostes non tenetur eadem, quia ibi seruatur de sancta trinitate, ibi eciam in his spiritus sanctus complectitur. Item hore beate virginis debent incipi sabbatho ante festum trinitatis:

ITEM QUOD IN DIE CORPORIS XRISTI:

[28c.] Prefacio dicitur de natiuitate domini, scilicet Quia per incarnati verbi. Et communicantes dicitur cottidianum et conueniens. Item quod quum octaua corporis xristi expirabit in feria quinta, tunc incipiente feria sexta die sequenti sabbato usque ad nouam

hystoriam. Vero autem in noua hystoria consequentibus hystorys estiualibus, ita ad primam quam ad completorium, capitulum et collecta nec non Responsorium cum versiculo dicuntur communia videlicet sicut alias in estate, et non de corpore xristi, Et ideo * [*In margine: Primo fit noua impositio.*] quia festum corporis xristi non habet propriam prefacionem, neque proprium communicantes. Item notandum de corpore xristi, ipso die ad vesperas canitur iste ympnus *Pange lingua,* in secundis vero vesperis *Sacris solemniis.* Et per totam octauam, ad completorium ipso die *Verbum supernum.* Similiter ad singulas paruas horas ad primam, terciam, sextam, nonam. Sed per octauam ad completorium ympnus *pange lingua.* Ad primam vero quod canitur ympnus Jam lucis orto * [*In margine: Singulis diebus infra octauam corporis xristi fit processio complete.*] et alii sicut in estate concludendo cum tantum ergo et ceteris. Item notandum quando canitur *O decus* sabbato, tunc ad primam, terciam, sextam, nonam canitur, ympni leguntur de estate: Jam lucis concludendo maria mater et cetera. Et eciam legitur Deus in nomine tuo, Beati et ceteri, Quicunque addendo quindecim ebdomadibus, sic consuetudo est legere ad primam, terciam, sextam, nonam. Responsorium ad primam xriste fili, Qui natus.

Notandum quando tenetur de sanctis post trinitatem ad primam capitulum, omisso eciam quicunque, et versiculi et Responsorio de isto sancto, ad paruas horas, ad primam xriste fili. Item notandum de sancta trinitate, quod octaua de sancta trinitate non tenetur. Item post festum sancte trinitatis, feria secunda proxima cum istis duobus diebus videlicet tercia et feria quarta sequentibus usque ad festum corporis xristi

hore canonice possunt seruari de sanctis. Et non de octaua trinitatis. Et suffragium non debet fieri de sancta trinitate, neque de aliqua dominica, nec de sancto petro et paulo et de sancto adalberto et de omnibus sanctis. Item notandum quod statim post corporis xristi, sequenti dominica inchoatur hystoria: Deus omnium, nisi non impediatur per vigiliam Johannis waptiste. Nam si festum iohannis waptiste accidit in dominica proxima per octauam corporis xristi, aut feria sexta, aut sabbato proximo post ipsam octauam corporis xristi, tunc quia vigilia sancti iohannis waptiste habeat Responsoria et ad lectiones, oportet imponere hytoriam scilicet Deus omnium die dominica proxima post festum corporis xristi.

Et si festum sancti iohannis waptiste venit feria secunda proxima post festum corporis xristi, tunc alias scilicet post dominicam que dicitur noua hystoria scilicet Deus omnium Et vigilia sancti iohannis waptiste debet imponi in dominica proxima post festum corporis xristi. Et sic videlicet post omeliam dominice sine tu autem, statim debet incipi omelia sancti Johannis vigilie deinde dicitur Responsorium vltimum dominice. Sed tunc in sabbato proximo post festum corporis xristi debent legi secunde vespere de corpore xristi, deinde debent legi prime vespere de dominica, que dicitur noua hystoria ab antiphonis et psalmis, Benedictus et vltimo debet legi octauum complete scilicet quem sicut de estate de prima dominica et non de corpore xristi. Item crastina die scilicet sequenti primo [29c.] debent legi secunde vespere de dominica imposita. Et postea debent legi secunde vespere sollemniter de corpore xristi, similiter et completorium de corpore xristi, et non de dominica. Item notandum,

quod quando vigilia Johannis waptiste accidit in die dominica intra octauam corporis xristi, tunc in eodem die, dominica inchoatur hystoria: Deus omnium, propter vigiliam apostolorum petri et pauli, Quia sic alia dominica non imponetur. In eadem vigilia sancti iohannis tunc Responsorium non haberet vnum respectum ad vigiliam apostolorum petri et pauli. Et tunc in matutino ad vltimam lectionem dominice omelia vigilie iohannis waptiste et pro octaua corporis xristi tunc debet fieri suffragium cum antiphona, versiculo et cum collecta corporis xristi. Item est sciendum quod hystoria Deus omnium aliquando cantatur per sex ebdomades, aliquando per septem, aliquando per usque semper ad mensem augusti et cetera. Et alie hystorie sequentibus usque ad aduentum domini imponentur diebus sibi appropriatis secundum illam tabulam istius ordinarii scriptam et notatam.

ITEM NOTANDUM DE SANCTA TRINITATE.

Ad primam, terciam, sextam, nonam antiphone dicuntur de primis vesperis, eciam de laudibus vt alias consuetudo est dicere. Item notandum incipiendo a dominica Domine in tua, per dominicas estivales suffragia peraguntur isto modo, quod in prima vespera diei sabbati antiphone primo dicatur de sancta trinitate deinde versiculi, et collecta postea dicitur statim de beata virgine, de sancto petro et paulo, de sancto stephano, de sancto emerico, de sancto adalberto, de omnibus sanctis, vltimo de pace. Item in matutino suffragia dicuntur de sancta trinitate, deinde de sancto petro et paulo, sancto adalberto et omnibus

sanctis et pro pace, et interea si venit aliquod festum debet de isto suffragium fieri. In matutinis et aliis horis usque ad secundas vesperas incipiendo collecta sancti petri et pauli, et collecta sancti adalberti, et omnia ista suffragia predicta ab ista dominica iam facta durabunt usque ad dominicam videlicet: Vidi dominum, absque secundis vesperis diei dominice.

Item notandum quod in omnibus diebus dominicalibus in estate ad processionem psalmus dicitur asperges cum versiculo et collecta, postea incipit antiphona oremus dilecti, et ad sanctum stephanum primo suffragia de beata virgine cum versiculo et colecta vltimo de sancto stephano prothomartyre antiphona versiculo et collecta. Item redeundo vero antiphona Saluator mundi vel ympnus *Omnipotens sancte* et cetera. Hys finitis per vnum sacerdotem dicitur versus Introibo in domum tuam domine. Demum oracio domine iehsu xriste qui introitum portarum celestium saluas, quique sanctificasti cum splendore gemmarum duodecim totidem apostolorum nota persignasti et qui per organum prophetarum tuorum promisisti laudare ierusalem domini, quum confortauit seras portarum tuarum, benedixit filiis tuis in te prius ut pones in istos fines domum sancte marie et sancti adalberti pacem, et velociter querens interius sermo tuus adipe frumenti saciet eos, spiritus sanctus defendat illos, ut nunquam eis nocere preualeat inimicus, sed omnes habitantes interius voce et corde et opere decantent deus Magnus Dominus noster et magna virtus eius et sapiencie eius non est numerus, qui cum patre et spiritu sancto viuis et regnas deus per omnia secula seculorum amen.

Item notandum quod in missa semper debent omnibus dominicis in estate vsque vidi dominum fieri tres

collecte. Prima de dominica illa [3oc.] de qua seruatur hora, secunda de sancta trinitate, tercia de beata virgine; nisi aliquod festum non impediat. Sed si in eadem die dominica fuerit aliquod festum de quo fecerunt commemoracionem in horis sicut et vesperis fecissent adhuc in missa publica diei dominice debet fieri de eo commemoracio. Et prefacio usque vidi dominum dicitur ista: quia cum vnigenitus. Et hec est de sancta trinitate. Sed de dominica videlicet aduentus domini dicitur prefacio cottidiana. Et in dominica vidi dominum siue in secundis vesperis, siue in primis, siue in matutinis, siue in aliis horis siue in missa nulla suffragia dicuntur, sed tantum oracio diei.

Item in qualibet dominica per estatem, siue sit nova hystoria sine non, semper in secundis vesperis diei dominice dicitur antiphona: Sede a dextris, psalmus Dixit per ordinem. Capitulum Dominus autem dirigat, Responsorium Quum magnificatus, ympnus *lucis creator*. Item notandum quod quando diebus ferialibus dominica per estatem imponitur, tunc antiphone dicuntur speciales tam ad Benedictus quam ad magnificat istius diei dominice, quam in feria reperies. Et tunc in eodem die in missa cantatur alleluia istius dominice que imponitur. Sed si sola feria suscipitur tunc omnia videlicet capitula, responsoria, versiculi ad omnes horas dicuntur ferialia in ordine libri breuiary scripta et cetera. Sed oracio semper debet fieri de dominica. Sed tamen siue dominica imponitur, siue solum feria seruatur semper in secundis vesperis capitulum dicitur dominus autem dirigat. Item considera si in dominica vel alio festo solemni vnum aliud festum fuerit, tunc de illo alio festo debet fieri commemoracio tam in matutinis et in aliis paruis horis usque ad secundas

vesperas. Quia neque in primis neque in secundis vesperis istius festi ante diei dominice commemoracio vel suffragium de isto alio festo debet fieri. Et ista singulariter eciam intellige de aliis festis, quæ venient in dominica vel aliis festiuitatibus.

Item notandum quod in estate quando singule ferie seruantur tunc in missa alleluia non cantatur et tunc quando dominica non imponitur. Item nota quando integre hore de aliquo festo non leguntur, tunc nec in primis vesperis nec in secundis vesperis debet fieri de ipso suffragium. Sed tantum in matutinis et in alys paruis horis vsque secundas vesperas inclusiue. Item notandum, quod quando in sollemnitatibus de aliquibus sanctis suffragium non fecerunt in primis vesperis in matutinis et aliis horis, tunc in secundis vesperis istius sollemnitatis non debent fieri plura suffragia nisi solum de dominica, et de vno alio sancto, de quo die crastina intendimus horas facere vel seruare. Item nota quando suffragia sex horis canonicis et temporalibus postponuntur, tunc illa suffragia supplentur, ut dictum est, in horis beate virginis. Item quando de festo crastino vel adveniente integra vespera legitur tunc suffragia per omnia tam de dominica quam et de aliis festis in secundis vesperis omnia supplentur et non in horis beate virginis.

Item quando aliquod festum sollemne propriam octauam habuerit, et si solum per octauam de ipso festo suffragium fecimus, tunc in octaua ipsius festi secundas vesperas percantamus sicut in die ipsius, exceptis aliquibus propriis in octaua sua existentibus, videlicet, antiphonis et Responsoriis et capitulis et collectis sicut addicuntur. Item notandum quod quando aliquod festum sollemne evenerit, et eciam eodem die

vnum aliud fesutm venit, sicut in festo omnium sanctorum fiet festum Cesarii martyris, vel eciam in festo sancti Martini fiet festum menne martiris, tunc de isto alio festo sicut dictum est superius videlicet Cesarii martiris vel menne martiris, antiphona non dicitur post oracionem festi sollemniter [31c.] sicut alias solemus suffragium facere, neque in vesperis, neque in matutinis, nisi additur oracio ipsius ad oracionem sollemnitatis. Item notandum quod quandocunque diebus ferialibus dominica feriæ aut similiter festum in diebus ferialibus seruatur, tunc si die crastina iterum festum seruatur, aut alia dominica imponitur. Et tunc secunde vespere debent legi. Si autem crastina die de vno festo seruatur et non de feria aut de alia dominica, tunc neque de dominica, nec de feria debent legi secunde vespere. Sed tunc prime vespere dicentur de isto festo crastino et de dominica alia de feria simpliciter debet fieri suffragium. [46]

Item notandum de sancto Barnaba apostolo, credo dicitur tanquam de aliis apostolis, prefacio de apostolis et Responsorium et versiculi et alia omnia dicuntur ad omnes horas de communi apostolorum. Item notandum de sancto Johanne Waptista, quod prefacio dicitur cottidiana. Item in festo ipsius non dicitur credo, sed in octaua ipsius diei propter octauam apostolorum petri et pauli. Item infra octavam ipsius fit suffragium de ipso inter orationem petri et pauli. Et inter oracionem sancti adalberti per totam octauam ipsius. Item notandum quod in festo sancti Regis Ladislai credo non dicitur, sed alia omnia sicut de sancto confessore, exceptis illis, quæ fuerint in festo ipsius cum suis hystorys. [47] Item notandum quod in festo apostolorum petri et pauli, nec non aliorum

festiuitatibus sanctorum circa processionem ante missam primo dicitur asperges cum versiculo et collecta, postea incipit Responsorium proprium istius festi. Et cum pervenerint ad locum destinatum tunc ibi dicitur collecta ipsius festiuitatis si habetur, si non habetur tunc dicitur de communi. Deinde in redeundo cantatur ympnus proprius, si habetur si vero non habetur, tunc statim de communi. Et cum venerunt ad chorum, convenientes ibi per vnum sacerdotem dicetur versiculus cum collecta: via sanctorum omnium domine iehsu xriste. Et ista supradicta dicuntur in processionibus aliorum sanctorum quam beate virginis. Quia in processione beate virginis omnia, videlicet Responsorium, ympnus versiculus et collecta habentur propria beate virginis.

Item notandum quod in festo sancti petri ad vincula et Kathedra et in aliis festiuitatibus eiusdem, quando seruatur de sancto petro nunquam ommitendus est sanctus paulus quod ad suffragium; nam semper post collectam sancti petri dicitur antiphona de sancto paulo, videlicet: sancte paule apostole, versiculus ora pro nobis, Oracio Deus qui multitudinem gencium, sicut dicitur in commemoracione ipsius. Et equidem quando de sancto paulo leguntur hore, tunc eciam post oracionem sancti pauli antiphona de sancto petro Quecunque ligaueris, versiculus tu es petrus, oracio in Kathedra ipsius videlicet: Deus qui beato petro. Et tam in primis vesperis et in matutinis quam eciam in aliis horis exceptis secundis vesperis. Quia quando de vno eorum dicuntur secunde vespere de alio suffragium canetur equidem eciam in secundis vesperis. Item si in festo sancti petri vel in festo sancti pauli venit vnum aliud festum alicuius sancti, tunc fiet commemoracio de festo isto alio ocurrente solum cum

oracione sine antiphona, et inter oracionem petri et pauli apostolorum, et preterea sic de sancto paulo et commemoracio. Item notandum quod in festo apostolorum petri et pauli de sero in secundis vesperis non dicitur oracio de Kathedra ipsius propter commemoracionem sanctii pauli, quare post oracionem sancti petri finitam per dominum, dicitur solum amen, et non dominus vobiscum neque benedicamus domino. Sed statim incipit Responsorium de sancto paulo. Magnus sanctus paulus, ympnus *doctor paule,* versiculus ora pro nobis, antiphona ad magnificat et oracio propria. Similiter die crastina videlicet [32c.] in festo commemoracionis ipsius oracio propria de sancto petro dicitur, de sancto paulo autem sicut in Kathedra ipsius per totum dici commemoracio sancti pauli; et propterea quia in festo apostolorum petri et pauli, que oracio existat, vel cantatur, illa oracio pertinet secundo et similiter ambobus sanctis. Sed ex quo festum sancti pauli de commemoracione ipsius habet proprias hystorias de toto, eciam dicitur eadem de sancto petro propria oracio ut de Kathedra. Item in die sancti pauli commemoracionis secunde vespere debent dici de communi et non de proprys, nec proprium capitulum dicitur, neque collecta propria, sed capitulum. Jam non estis hospites dicitur, oracio vero de festo apostolorum petri et pauli dicitur, videlicet Deus qui hodierna die. Sed alia oracio dicitur de communi. Sed infra octauam petri et pauli semper in oracione Deus qui hodie. In octaua vero eorundem dicitur Deus cuius dextra. [48] * [*In margine: In vigilia visitacionis virginis.*]

Item notandum, quod in vigilia visitacionis marie Inuitatorium Regem virginis filium venite adoremus, psalmi ferialis illius diei in quo ista vigilia ceciderit.

Ad laudes solum versiculus, antiphona videlicet ista: sub tuam protectionem, capitulum et oracio propria, ympnus *quem terra,* antiphona ad benedictus: Joseph fili dauid, que in aduentu. Ad primam psalmi sicut alias cum laudate, antiphona sub tuam protectionem, post oracionem diei Exultabunt. Item quod quandocunque vigilias beate virginis celebramus proprias, tunc in eisdem vigilys communes hore cessabunt et non leguntur. Item notandum circa missam vigilie: introitus Rorate celi, Kyrie feriale, graduale Benedicte cum versiculo alleluia non cantatur, neque Te deum. Ewangelium exurgens canitur ferialiter, offertorium felix namque, prefacio cottidiana dicitur feriali, communio Beata viscera, missa finitur cum benedicamus domino. Et eciam intelligendum de aliis vigiliis. beate virginis, exceptis aliquibus proprys in alys vigilys contentis. Item ad primas vesperas antiphone dicuntur vt in libro cum quinque laudate, capitulum, Responsorium, ympnus, versiculus et oracio ut in libro dicuntur. Nullum suffragium dicitur. Ad completorium cum iocunditate visitacionis. In Assumpcione cum iocunditate assumpcionis. Et sic fiet semper in alys festis beate virginis. Psalmus cum inuocarem, ympnus proprius vel *lux mundi.* In aliis vesperis semper lux mundi, capitulum proprium, versiculus, antiphona ad nunc dimittis, oracio propria scilicet famulorum. Deus qui illuminas. Et eciam in alys vigilys beate virginis intelligendum ad completorium. Item in die visitacionis marie matutinum cum alys horis perficiatur ordine suo. Ad primam psalmi. consueti de die, scilicet de tempore et additur Confitemini primus psalmus Deus in nomine et vltimus laudate, et ille psalmus Confitemini additur tantum ipso die visitacionis et, non alys diebus per octauam.

Item notandum quod ante missa ad processionem dicitur asperges, cum versiculo et oracione, deinde ad Responsorium cum venerint ad sanctum Stephanum, ibidem dicitur versiculus cum oracione beate virginis. Demum dicitur suffragium de sancto stephano, in redeundo lux mundi cum ceteris. Item missa perficitur ordine suo. Item notandum quod quando infra festum visitacionis marie cum aliis festis eiusdem virginis marie dominica servatur tunc dicuntur due prime ac duo completoria. Si aliquod festum infra octauam eiusdem seruamus tunc vna prima et vnum completorium debet seruari. Et nocturnum debet legi dominice istius diei. Si de alio festo seruatur debet matutinum legi ad lectiones nouem et de beata virgine debet legi cum tribus leccionibus, siue dominica[33c.] imponatur siue aliquod festum. Sed tercia, sexta, nona duplicantur siue seruatur de dominica, siue de aliquo festo infra octauam marie, nam de dominica ad alias horas capitulum proprium cum oracione, sed antiphona, versiculus, Responsorium de communi ut in libro. Similiter de festo capitulum cum oracione propria, sed alia antiphona, versiculi et Responsorium si non habet propria tunc de communi. Si tantum simplex feria tenetur, tunc capitulum, Responsorium cum aliis omnia communia vt in libro Breviary dicitur. Et de beata virgine matutinum cum tribus leccionibus, Responsorium et antiphona istius diei in quo tale seruatur debet legi. Prima et tercia, sexta et nona debent legi cum paruis horis sicut alias in communi hora beate virginis legebantur. Item si dominica infra octauam beate virginis imponatur tunc eciam debent legi due vespere in eodem die dominico videlicet secunde vespere de dominica, alia prima vespera de beata virgine.

Et similiter duo completoria dicuntur post primas vesperas. Sed si de aliquo festo seruatur infra octauam beate virginis, ut supra dictum est tunc vna vespera dicitur scilicet de dominica et vnum completorium. Similiter intelligendum de simplici feria et de illo festo alio, et de feria tantum dicitur feriale suffragium festo beate virginis. Item notandum quod in visitacione marie ad primam et ad terciam semper dicitur iste ympnus: *en miranda,* [49] sicut in alys diebus per octauam. Jam lucis nunc sancte et ad cetera pertinentia Salutat matrem domini concludendo.

Item notandum quod in festo margarethæ virginis credo non dicitur, nisi quis celebrauerit in suo proprio altari, vel nisi ceciderit in diem dominicam, tunc dicitur. Et similiter intelligendum de quolibet alio festo sancti. Item notandum in apostolorum diuisione, quod omnes hore seruantur sicut in communi de apostolis. Sed in prima vespera eiusdem, Responsorium dicitur: Ite in orbem, antiphona ad magnificat euntes in mundum. Item in matutino, Ewangelium euntes in mundum sicut in die apostolorum. Sed debet ita incipi: In illo tempore euntes in mundum universum. Item prefacio de apostolis. Item ad secundas vesperas antiphona ad magnificat Illi autem profecti. Item in festo beate marie magdalene, credo dicitur. Item in festo sancte anne plura suffragia non dicuntur præter oracionem ipsius. Item credo non dicitur, prefacio cottidiana. Item notandum quod in festo deposicionis sancti ladislai regis tota hystoria dicitur sicut in alio festo ipsius legitur, quia aliqui seruent de communi.

Item notandum quod in festo ad vincula petri credo dicitur prefacio de apostolis. Item in prima vespera ipsius festi debet fieri suffragium de sancto paulo, ut

antea dictum est. In *matutino* die crastina eciam debet fieri suffragium. Item in secundis vesperis antiphona Jurauit, psalmus dixit, Capitulum misit herodes Responsorium petre, ympnus *iam bone*, Sit trinitati ad magnificat. Quidcunque ligaueris, oracio, conueniens, de sancto paulo nullum suffragium dicitur. Item notandum quod die invencionis festi corporis sancti stephani seruatur sicut de martyribus in communi, eo quod in illo die plures martyres sint. Sed ewangelium et capitula dicuntur de priori festo sancti stephani similiter intelligendum de secundis vesperis.

ITEM NOTANDUM QUOD HORE.

Beate virginis de niue cum tota hystoria celebrantur, precise sic: O decus per omnia propria antiphona propria versiculi et cetera. Sancta Maria quinque laudate, Capitulum, Responsorium, ympnus et antiphona ad magnificat O decus oracio propria si habetur, si non habetur dicitur Concede nobis completorium similiter sicut in o decus. [50] Item in missa [34c.]: Salue sancta parens. Item in secundis vesperis antiphone dicuntur ad psalmos de laudibus, scilicet Sub tuum cum aliis. Item loco istius antiphone Glorificabunt te dicitur ista Benedicta filia, alia ut supra dictum est.

ITEM NOTANDUM IN VIGILIA SANCTI LAURENCII.

Infra octauam leguntur Responsoria in die sancti laurencii propter octauam ipsius, siue de quo seruentur hore in omnibus horis canonicis nec non in mis-

sis infra octauam ipsius semper de eodem dicitur suffragium. Item in octaua sancti laurencii ad secundas vesperas antiphona Jocundus cum ceteris Responsoriis propriis, similiter ympnus, antiphona ad magnificat propria cum oracione. Nullum suffragium dicitur, sed omnia suffragia alia dicuntur in vesperis beate virginis. Item in eadem octaua sancti laurencii credo dicitur, sed in festo ipsius non dicitur. Et ideo quia octaua ipsius infra octauam assumpcionis marie expirauit. Item octaua sancti laurencii celebratur in octaua asumpcionis, vel eciam alias si venit infra octauam tunc die tam in primis vesperis quam in secundis vesperis debet legi vnum completorium et vespera prima. Et postea debet legi de illo sancto cum capitulo. Et tunc legendo ad diurnum cum concludendo cum antiphona et capitulo Responsorium illud xriste, vel de isto sancto Gloria et honor et cetera, oracio domine sancte pater. Sed in sexta, nona duplicantur, separatim leguntur de sancto et separatim de beata virgine.

Item notandum * [*In margine: vigilia assumpcionis.*] quod in vigilia assumpcionis marie In matutinis Inuitatorium dicitur Regem virginis virginum, psalmi feriales nocturni, ad laudes dicitur antiphona versiculus videlicet: Sub tuam proteccionem. Te deum non dicitur, capitulum proprium, similiter oracio, ympnus *quem terra,* antiphona ad Benedictus Extollens quemadmodum in quadragesima. Sed communes hore beate virginis in eadem vigilia, neque in die sancto vna cum octaua non dicuntur, quia si legerentur hoc esset superflue. Item in missa in vigilia assumpcionis, Introitus Salue sancta parens, graduale Benedicta cum versiculo, alleluia non cantatur, Ewangelium loquente iehsu et hoc feriale,

offertorium felix namque, prefacio cottidiana, communio Regina mundi. Item ad primam terciam, eadem oracio propria: Deus qui virginalem, Domine sancte, Exultabunt pro commemoracione. Item in primis vesperis assumpcionis marie antiphone cum quinque laudate peraguntur, capitulum, Responsorium, ympnus proprius, [51] versiculus Exaltata es, antiphona ad magnificat oracio propria, ad oracionem vnum suffragium, nempe post oracionem diei de sancto stephano Rege antiphona aue beate cum versiculo et collecta sua. ad completorium antiphona cum Jocunditate assumpcionem, psalmus cum inuocarem, ympnus *lux mundi*, Capitulum proprium, antiphona aue mundi domina ad nunc dimittis solum ipsa die post oracionem ipsius deus qui, sed aliis diebus siue per octauam dicitur antiphona, que est post secundas vesperas in completorio ipsius.

ITEM IN DIE SANCTO.

In matutino vnum suffragium dicitur, nempe post oracionem ipsius de sancto stephano rege omnibus horis dicitur oracio exceptis secundis vesperis, quia ut dictum est non fieret tanta dies sollemnis, si eadem die de vno aliquo sancto fit commemoracio, quando dicitur de illo alia facta mencio in secundis vesperis nisi nona semper expirabit. Item in secundis vesperis eiusdem festi plura suffragia non dicuntur, nisi de sancto laurencio. Et hoc ideo quia octaua ipsius adhuc non expirauit. Item secunda Die in matutino, siue de quo seruatur hora suffragium modo consuetum seruetur, et primo die dominica post ea de sancto petro et paulo,

de sancto adalberto, laurencio, omnibus sanctis, tandem de pace. Item notandum quod infra octauam [35c.] assumpcionis seruatur de sanctis, videlicet de sancto laurencio octaua et de sancto stephano rege. Tunc illo die tam in primis vesperis, quam in secundis debet legi tantum vnum completorium et vespera prima. Sed matutinum et hore duplicantur. Sed si infra octauam eius dominica imponitur, tunc illa die due prime leguntur vespere, de dominica psalmi sicut de tempore, secunda de beata virgine cum paruis psalmis, sicut in communi hora beate virginis et duo completoria dicuntur, sicut eciam matutinum et alie hore duplicantur: Et sic intelligendum de aliis festis beate virginis octauam habentibus.

Item notandum quod per omnes missas speciales beate virginis, et sancti adalberti, vlterius patrocinii et omnium sanctorum et infra octauas earundem credo dicitur. Item notandum quod in festo sancti stephani regis prefacio dicitur de assumpcione, Similiter et credo dicitur propter octauam eiusdem. Item in die ipsius secunde vespere legantur cum omnibus suffragiis, primo de dominica si est imposita, deinde de sancto petro, de sancto adalberto, tandem de aliis de consuetis suffragiis et hoc per ebdomadem, post modo chorus sollemnisabitur secundis vesperis beate virginis. Item sciendum quod die festo sancti stephani, debet fieri suffragium de ipso sancto stephano omni die tam in missa quam in aliis horis diei usque ad octauam ipsius inter oracionem sancti petri et inter oracionem sancti abalberti, propter ipsius octauam. Quia consueuerunt inter illos sanctos facere suffragium eius. Item in octaua sancti stephani seruatur cum integris horis et nouem lectionibus propter patrocinium. [52]

ITEM NOTA.

Quod de natiuitate marie et de niue, nec non de aliquibus aliis festiuis diebus beate virginis non seruatur Quia non habent proprias vigilias. Item prime vespere natiuitatis marie perficiuntur ordine suo cum oracione beati adriani sub vna conclusione nulla antiphona mediante. Item in completorio antiphona cum iocunditate, psalmus cum inuocarem, ympnus *lux mundi*, capitulum proprium, antiphona ad nunc adest namque. Sed aliis diebus infra octauam ipsius antiphona ad nunc dicitur Que est ista, oracio propria et deus qui illuminas. Item notandum quod in die natiuitatis matutinum perficitur ordine suo, sicut in libro continetur cum antiphonis horis suis Et cum commemoracione beati adriani. Et tunc communis hora beate virginis cessabit per totam octauam. Item notandum quod in missa natiuitatis marie perficitur cum processione ut in aliis festis eiusdem dictum est, et in processione ad ecclesiam sancti stephani ibi fit suffragium de eo. Et in redeundo per vnum sacerdotem dicitur versiculus ad oracionem de beata virgine si habetur, si vero non habetur, tunc dicitur oracio de sanctis: Via sanctorum, oracio domine iehsu xriste, qui ad te venientibus eterne claritatis gaudia contulisti, introitum templi istius spiritus sancti lucem infunde, qui locum istum sanctorum tuorum patrocinio consecrasti. Presta quesumus omnipotens deus vt omnes istam credentes obtineant veniam pro delictis, ab omnibus liberentur angustys, impetrent quecunque petierint pro vicys suis, semper placere valeant coram oculis tuis, quoties per te et sanctam mariam semper

virginem genitricem tuam et adalbertum muniti mereamur aulam paradysi introire saluator mundi, qui in trinitate perfecta et cetera.

Item notandum quod quando infra octauam beate virginis dominicam in die dominico imposuimus siue sit noua hystoria siue non, tunc die sabbati debemus duo completoria legere, vnum de tempore aliud de beata virgine et capitulo, ympno et collecta de natiuitate beate virginis. Similiter die crastina [36c.] leguntur due prime vespere vna de dominica, alia de beata virgine Sed in secundis vesperis diei dominice debet legi vnum completorium videlicet beate virginis. Simili modo intelligendum si alys ferys dominica imponatur, ut dictum est. Similiter intelligendum de festo exaltationis sancte crucis. Quia in primis vesperis sancte crucis debent legi duo completoria. Et in festo ipsius iterum due prime et in secundis vesperis debet legi vnum completorium de beata virgine. Sed si infra natiuitatem beate virginis seruetur de alio sancto tunc tam in primis vesperis quam in secundis debet legi vnum completorium et vna prima scilicet de beata virgine. Item notandum quod in festo luce ewangeliste, credo dicitur, similiter in alys festis aliorum ewangelistarum omnium dicitur. Item notandum in festo vndecim milia virginum hore canonice leguntur precise sicut de martyribus, exceptis aliquibus antiphonis et Responsorys. Item capitulum dicitur sancti per fidem, ympnus *Sanctorum meritis,* oracio propria et cetera. [53]

ITEM NOTANDUM IN VIGILIA OMNIUM SANCTORUM.

In matutino Inuitatorium dicitur: Regem omnium sanctorum, psalmi feriales dicuntur cum antiphonis ferialibus, versiculus letamini in domino, oracio propria. Responsoria de martyribus videlicet: Absterget, sancti tui, sancti mei. Item in vesperis nullum suffragium dicitur. Item notandum quod in vigilia omnium sanctorum: antiphone, psalmi, versiculi omnium sanctorum. Eciam vespere beate virginis communes leguntur. Sed in festo omnium sanctorum lecciones communes hore beate virginis non leguntur. Et hoc ideo, quia de beata virgine eque una oracione eciam tenetur. Ex quo de omnibus sanctis tenetur, sicut eciam non excipitur beata virgo. Quia vniversa eciam leguntur de omnibus sanctis nullum excipiendo. Sed in secundis vesperis omnium sanctorum secunde vespere vigilie eciam debent perlegi. Similiter per totam octauam omnium sanctorum. Et vlterius sicut alias est consuetum omni die communes hore beate virginis ad secundas vesperas perleguntur.

Item postea in festo omnium sanctorum isto modo dicitur. Post psalmos consuetos dicuntur laudate capitulum et oracio propria, et post oracionem diei dicitur oracio sancte pater domine, deinde exultabunt. Item in missa omnium sanctorum credo dicitur et prefacio cottidiana. Et sic perficitur missa. Item post vesperas omnium sanctorum statim vigilie mortuorum cantando in portico: placebo, hoc est vespere eorum perficiuntur. Deinde redeundo ad chorum ibique tote vigilie mortuorum cum lectionibus, Responsoriis et laudi

bus per duos chorales nec non per totum chorum perficiuntur. Et postea infra tres dies omnium sanctorum vigilia mortuorum non legitur. Item secundo die omnium sanctorum missa defunctorum per episcopum in pontificalibus percantatur. Et duo chorales sollemnisantes missam defunctorum, versiculum, sequencia videlicet *dies illa, dies ire.* Sed cottidiana missa super altare sancte crucis illo die non legitur propterea, quod chorus sollemnisat. Item neque in festo omnium sanctorum dicitur missa defunctorum. Item notandum in missa defunctorum nunquam datur osculum pacis, et finitur: requiescant in pace [54] Item in missa defunctorum, in missa pro pecatis, in missa de quinque vulneribus, in missa de spinea corona, dum celebratur de spiritu sancto, dum sanctificatus, et hoc fieret in diebus ferialibus, nunquam dicitur gloria in excelsis. Et in istis missis dicitur prefacio cottidiana, et concluditur cum benedicamus domino [37c.] Sed si predicte misse celebrarentur die dominica, tunc dicitur gloria in excelsis deo et finietur cum ite missa est.

Item notandum quod illa sex responsoria que sequuntur sex lecciones, secundo die convenientia per totam octauam secundo die incipiendo et eciam in octaua dicuntur. Sed illa Responsoria que fuerunt lecta ipso die tantum ipso die leguntur et non alias. Sed illa tria Responsoria que secuntur omeliam secundo die, illa eciam dicuntur tantum secundo die. Sed illa tria Responsoria que secuntur omeliam ipso die, illa debent dici cottidie per totam octauam, et eciam in octaua ipsius festi. Item notandum quod infra octauam omnium sanctorum, quando imponitur aliqua nova hystoria, tunc in sabbato proximo ante dominicam historie noue, completorium dicitur vnum videlicet de dominica.

Et cras mane similiter dicitur vespera prima de dominica. Sed in aliis festiuitatibus sanctorum, videlicet Emerici, sancti Adalberti et ceterorum, semper prima et completorium dicuntur de octaua omnium sanctorum. Quia isti sancti habentes festa infra octauam omnium sanctorum eque bene sunt de numero omnium sicut et alii sancti, quorum deus omnipotens preest. Item notandum quod quandocuncque infra octauam omnium sanctorum in die dominico aut aliis feriis dominica imponitur, siue sit noua hystoria siue non, tunc matutinum debet dici tantum de illa dominica et de octaua omnium sanctorum tantum debet fieri suffragium non plus. Similiter si infra octauam eorumdem de aliquo festo seruatur hora cum commemoracionibus videlicet de sancto Emerico vel alio sancto, tunc matutinum cum alys horis debet legi de illo sancto, et de octaua omnium sanctorum debet dici tantum suffragium et nichil plus. Sed alias suffragia consueta bene possunt et seruantur. Item notandum quod hore canonice sancti Emerici perficiuntur ordine suo. Sed post primas vesperas dicitur completorium de octaua omnium sanctorum cum ceteris. Item notandum quod hore canonice sancti Adalberti infra octauam perficiuntur ordine suo. Et tam post primas quam post secundas vesperas completorium de octaua omnium sanctorum, similiter prima sicut dictum est supra. [55]

Item in octaua pasce incipitur iste ympnus ad paruas horas Jam lucis cum conclusione *Quaesumus auctor omnium* et dicatur ista conclusio usque ad ascensionem domini. Similiter et oracio spiritum nobis ad primam et ad completorium dicatur usque ad ascensionem domini et cetera. [56]

Item si aliquando ocurrerit, quod noua hystoria eodem

dominico debet imponi quando celebratur dedicacio, tunc hystoria cedit dedicationi sic, quo hystoria imponitur secunda vel tercia feria. Tunc si in octaua dedicacionis ocurrerit tantum impositio, tunc octaua dedicacionis non seruatur, sed hystoria imponitur. Si ocurrerit aliquod festum sabbato ante dedicacionem in octaua, tunc secunde vespere tenentur de illo sancto.

Item si in septimana aliquod festum occurrat, de quo aliquis tenere voluerit, tunc leguntur prime vespere de festo et secunde vespere non tenentur feria, eciam si tenuerit secundas vesperas dominice diei vel sequentis de feria. [57]

Item in octaua penthecostes, quando legitur proprium communicantes, tunc nulla alia missa debet celebrari, nisi de illo festo de quo tenetur illa octaua et cetera.

Item notandum, quod ex quo festum sancti Andree apostoli propter mayus festum, scilicet propter Aduentum domini transponitur, sicut eciam octaua eiusdem sancti Andree, propter festum concepcionis marie, vel propter aliud festum sollemne debet transponi, item credo dicitur et prefacio de apostolis sicut in festo ipsius. [38c.] Item notandum quod prime vespere concepcionis marie cum quinque antiphonis, de natiuitate marie, et quinque laudate, ita quod nomen natiuitatis mutatur in nomen concepcionis suffragium vero in primis vesperis concepcionis marie dicitur sicut post oracionem diei concepcionis ponitur suffragium de dominica, deinde de sancto andrea, deinde de omnibus sanctis. Sed in die sancto concepcionis marie nullum suffragium dicitur propter sollemnitatem. Item notandum de festo concepcionis marie, tam in primis vesperis quam in secundis completorium

legitur eiusdem sicut de natiuitatc cum ympno et collecta, capitulo nec non cum aliis versiculis cum mutatione nominis natiuitatis in nomen concepcionis.

Item notandum de generali festo Rubrica: non sit dies tam sollemnis vbi per omnes horas non consueuerunt suffragia facere, tunc in secundis vesperis eiusdem diei sollemnis omnia suffragia peragentur. Sed hoc est vniuersum statuendum, secunda vespera temporalis non legitur atque quia tunc omnia suffragia in illis vesperis leguntur. Vnde est exemplum de octaua assumpcionis marie, et eciam de sancto stephano rege, quia licet de sancto stephano per diem vllum suffragium fiet, quia omnes hore eius sollemniter leguntur, tamen mayus festum precellit minus festum, ideo secunde vespere sancti stephani leguntur cum omnibus suffragys. Sed secunde vespere beate virginis debent sollemnisari sine aliquo suffragio, sicut dictum est de assumpcione marie. Et sic fit Rubrica tocius anni de dominicis et festiuitatibus per dei graciam amen, pro quo sit benedictus in secula seculorum.

Item notandum quod in quatuor temporibus quarta et sabbato die leguntur sicut in ieiunio oracio, capitula propria de quatuor temporibus, similiter omelia alia de feria, similiter et sexta feria preces leguntur et cetera.

Item si festiuitas michaelis evenit sabbatho, tunc alia non potest teneri dominica sed feria secunda.

Item quando aliqua nova hystoria imponitur feriatis diebus sic, quia dedicacio ecclesiæ impedit vel aliud sollemne festum, tunc legitur nocturnum sicut in breviario, scilicet propria capitula leguntur ad primam, terciam, sextam, nonam, de illa dominica cum solo omelia.

Item in vigilia, quando tenetur vigilia de sanctis, Responsoria ferialia et versiculi dicuntur ad primam, terciam, sextam, nonam, nocturnum, nisi quod omelia legitur de vigilia.

Item diebus dominicis legitur prefacio de sancta trinitate eciam si aliquod festum ocurrerit dominica die celebrandum, tunc eadem seruatur et confitemini in prima. Et ista prefacio seruatur vsque ad dominicam Vidi dominum et cetera. [58]



OSZK
Országos Széchényi Könyvtár

Adnotationes, quibus res in Rubrica Strigoniensi occurrentes, mores et instituta vetustioris disciplinae in Hungaria adtinentes, cumprimis hymni, enodantur.

1. P. n. 485. Sequentia hæc reperitur in Missali Posoniensi 1341—28. cum rubro. Item de sancta Maria virgine. In adventu domini: ‚*Mittit ad virginem non quemvis angelum sed fortitudinem suam archangelum amatorem hominis.*' Ordinarius Strigoniensis a. 1505. habet: ‚Prosa. Mittit ad virginem uel Salve porta.' Etiam hæc prosa legitur in supralaudato codice sub rubrica: In aduentu domini de beata virgine sequentia: ‚*Salve porta perpetue lucis fulg.da maris stella inclita domina uirgo materque dei Maria*'.

2. P. n. 489. Ordinarius Strigoniensis 1505. in plurimis conuenit cum iisdem, quæ de s. d. Horis Beatæ Mariæ Virginis tempore aduentus Domini recitandis h. l. præcipiuntur, demtis paucis quibusdam priuis. E. g. ‚Te deum dicitur hic, quia in horis maioribus non dicitur. Ita quod quandocunque in horis maioribus Te Deum dicitur: tunc in horis beate virginis non dicitur et e conuerso.' Post completorium autem in Ordinario Telegdino 1580. præscribitur: ‚Diebus sabbati in templo, ante aram Beatæ virginis canitur antiphona, Salve Regina cum versiculo: Angelus domini nunciauit Mariæ. Resp. Et concepit ac oratione Deus qui de'.

3. P. n. 490. Ordinarius Strigoniensis a. 1505. addit: ‚Item hore beate virginis nunquam omittuntur in quatuor temporibus licet epistolæ et euangelium finiuntur de eadem sed perleguntur sicut alias legebantur'. Idem iniungit: In missa nigro colore vtimur. ‚Distinctius de eodem' loquitur Ordinarius Telegdinus: ‚Nigro colore vtitur [Ecclesia Strigoniensis] a Dominica prima Adventus, vsque ad Missam Vigiliæ Nativitatis Domini. Et a Dominica Septvagesimæ usque ad sabbatum ante Dominicam Passionis inclusive, quando dicitur officium de tempore'. De violaceo colore autem hæc habet: ‚vtitur in festis Confessorum. In festis viduarum. Et per octauas eorundem festorum, quæ octauas habent. Vbi autem desunt ornamenta violacea, eorum quoque locum supplet viridis color. Et e contra. Singulare idem Ordinarius præscribit colorem album in Dominica, *Laetare*.

4. P. n. 494. Hæc rubrica de laudibus imponendis ante natiuitatem Domini in plurimis conuenit cum illa quæ habetur in Breuiario typis descripto Ecclesiæ Strigoniensis a. 1484. Breuiarium Nagylakianum 1489—12. in ultimo folio exhibet æque rubricam hanc sed paulisper breviorem.

5. P. n. 496. De Hymno ad primas Vesperas Nativitatis Domini Nostri Jesu Christi epitomator nihil adnotat. Breuiarium Strigoniense a. 1484. præscribit: ‚*Veni redemptor gentium: ostende partum virginis: miretur omne seculum: talis decet partus deum*'. Hymni autem Completorii: ‚*Fit porta xristi peruia referta plena gratia transitque rex et permanet clausa, vt fuit per secula.*' Vel: ‚*Lux mundi beatissima maria splendidissima celi terre nobilitas sanctorum est festiuitas*'. Uterque ex officio de Beata Virgine Sabbatis diebus.

6. P. eadem Ordinarius Strigoniensisa. 1505.: ‚Strigonii hodie legitur de beata virgine vna cum secundis vesperis sed per totam octauam non legitur.'

7. P. n. 497. Breuiarium Strigoniense 1484. ad Laudes ponit hymnum: ‚*Corde natus ex parentis: ante mundi exordium: alpha et O cognominatus: ipse fons et clausula omnium que sunt fuere: queque post futura sunt seculorum seculis*'. Ordinarius Agriensis a. 1509. iubet in Natali Domini: ‚Benedictiones dantur in omnibus missis. Sed plebani non solent dare in primis duabus missis propter populum, rationem autem nescimus quare hoc faciunt'.

8. P. e. Missale manuscriptum Posoniense. a. 1341—28. pro tribus missis totidem diuersas ponit Sequentias. In prima missa: ‚*Grates nunc omnes reddamus domino deo qui sua nativitate nos liberauit de diabolica potestate*'. In aurora: '*Natus ante secula Dei filius inuisibilis interminus. Per quem firma machina celi et terre maris et in hiis degencium.*' In magna missa: ‚*Eya recolamus laudibus digna huius diei gaudia in qua nobis lux oritur gratissima*'.

9. P. n. 498. Ordinarius Telegdinus disponit: Dum in choro canitur Responsorium verbum caro tam hodie in laudibus, quam per totam octauam in Vesperis Domini Capitulares debent stare extra stallum in choro duobns ordinibus, et tenere singuli in manibus lucernas ardentes.

10. P. e. Damus primas strophas hymnorum de s. Stephano et s. Joanne. Prior incipit: ‚*Stephano primo martiri cantemus canticum nouum quod dulcis sit psallentibus opem ferat credentibus*'. S. Joannis vero sequens est: ‚*De patre verbum prodiens: corpus de matre induens, iohannis testimonio: hoc erat in principio*'. Ordinarius Strigoniensis a. 1505. observat: Benedicamus Domino poteris cantare ‚Puer natus'; Deo dicamus *cunctipotens*. Idem de festo innocentum dicit si venerit feria secunda; et in primis vesperis eorundem die

dominico in Responsorio: ‚prout dominis meis de capitulo pro tunc videbatur, non debet legi gloria, patri.'

11. P. n. 501. Iterato præscribuntur ad absolutionem in nocturnis benedictiones de Beata Maria Virgine, quæ cum ab illis, quæ hodie in usu sunt, omnino differant h. l. merentur ut per integrum contextum adscribantur. Itaque in I. Nocturno: Precibus et meritis sanctissime genitricis virginis marie et omnium sanctorum suorum, perducat nos dominus noster Jesus xristus ad regna celorum. I. d. b. Sacra dei genitrix sit nobis auxiliatrix. A. — alma virgo virginum intercedat pro nobis ad suum filium. — Nos cum prole pia benedicat virgo maria. In II. Noct. Ipsius pietas. Oret voce pia pro nobis virgo maria. — Stella maria maris succurrat piissima nobis. — Ab hoste maligno defendat nos dei genitrix virgo. In III. Noct.: A vinculis. et cetera more apud nos consueto. Breuiarium Zagrabiense a. 1505. secundum legit: In omni tribulatione et angustia nostra: subueniat nobis pia virgo maria. Amen.

12. P. n. 508. In vulgus notum est, Veteres Dominicas a primis verbis introitus missæ cognominasse. 'Adorate Deum, incipit introitus Dominica III. post Epiphaniam. Ordinarius Strigoniensis a. 1505. notat: ‚Item quandocunque contigerit, quod nullus dies dominicus mediabit inter octauam epiphanie domini et dominicam septuagesime. Sicut etiam contigerit euenire anno domini M.CCCC.LXXVIII. tunc omnia officia dominicalia debent expleri diebus ferialibus'.

13. P. n. 509. Breuiario Strigoniensi a. 1484. habetur: *Dies absoluti pretcreunt: dies observabiles redeunt: tempus adest sobrium: queramus puro corde dominum*'. Hymnum autem: *‚Deus creator omnium polique rector vestiens diem decoro lumine: noctem soporis gracia*'. Breuiarium Strigoniense a. 1484. atque a. 1524. ad primas vesperas Dominicæ primæ post octauam Epiphaniæ posuit.

14. P. n. 511. Rubrica præcipit: ‚a quindenis penthecostes usque ad primam dominicam aduentus domini legitur historia O decus. In officio ordinario Virginis marie benedicte pro diebus sabbatinis. Ordinarius Agriensis 1509. monet,: 'Item in O deus, similiter per omnia, dicuntur, sicut habetur in libris de suffragiis'. Ut monuimus p. 85. inscriptione *‚O decus*' communiter distinguitur officium de Beata Virgine. Enimvero responsorium lectionis primæ diebus sabbatis sonat: *‚O decus virginitatis virgo maria sola mater, inupta virgo ante partum, mater xristi, templum dei, domini sponsa, mundi domina et celi regina*'. Ita e. g. Breuiarium Zagrabiense. Ven. 1505. 97. v. Strigoniense. 1524. p. 476. v. legit.

15. P. n. 512. Hymnus iste iuxta Breuiarium Strigoniense 1484. sic inchoatur: *‚Quod chorus vatum venerandus olim spiritu sancto cecinit repletus in dei factum genitrice constat esse maria*'.

16. P. n. 512. Agenda 1528—1. iubet: Exeunte choro ad stationem incipit cantor: ‚Videte miraculum, mater domini concepit virgo virile ignorans consorcium. Stans honorata nobili onere maria et matrem se leta cognoscat et nescit uxorem. ‚Missale Strigoniense 1484. præscribit ordinem diuini officii huius festivitatis, qui in paucis conuenit cum Ordinario Agriensi a. 1509. Cf. obser. sel. Ordin. p. 30. Liber q. v. Rituum ecclesiasticorum S. S. Romanæ Ecclesiæ. Venetiis 1516. II, 28. f. 88. s. singulares omnino refert pro hac solennitate cerimonias, in his proiectionem candelarum papæ pro populo.

17. P. n. e. Missale Posoniense 1431—28. exhibet Sequentiam hoc initio: *Concentu parili hic te maria veneratur populus teque piis colit cordibus. Generosi abrahe in filia ueneranda regia de davidis stirpe genita*‘.

18. P. n. 513. *Verbum caro factum est ex Virgine Maria, in hoc anni circulo vita datur seculo nato nobis parvulo ex virgine Maria*‘. Daniel Thes. IV, 257.

19. P. n. 515. Est revera nonnisi stropha 3. hymni ‚*Aurea luce et decore, roseo lux lucis omne perfudisti seculum: decorans celos inclito martirio: hac 'sacra die quae dat reis veniam' . . . . . Jam bone pastor petre clemens accipe, vota precantium et peccati vincula resolve tibi potestate tradita: qui cunctis celum verbo claudis, aperis*. E Breuiario Strigoniensi a. 1484. ubi totus hymnus legitur, quem uxori Bœthii *Elpidi* quidam, contradicente Mone, lat. Hymnen III, 63., adscribere maluerunt.

20. P. n. e. ‚*Ave Maria gratia plena, dominus tecum virgo serena*‘. Proprie est Sequentia, quæ per omnes 12. strophas reperitur in sæpe laudato Missali Posoniensi 1431—28. in Assumptione Beatæ Mariæ Virginis, et pro iisdem solemniis æque typis descripta habetur in Missali Paulinorum 1514. f. 297.

21. P. n. 519. Una cum cinerum impositione fiebat aquæ lustralis aspersio. Ordinarius præscribit: ‚Tandem omnes in ecclesia existentes ascendunt: ut incinerentur: vnus interim aspergit eos aqua benedicta‘.

22. P. n. 520. Libet e Missali Posoniensi 1431—28. describere sigillatim, quæ hoc die ab episcopo fiebant, quid nimirum circa eiectionem pœnitentium ex ecclesia hoc die peragabatur, qui mos in Ecclesia Romana iam sæculo XII. exolevit, in quibusdam attamen Ecclesiis Galliarum perseueravit sicut videre est e bene multis ordinibus, quos publici iuris fecit Edm. Martene, tract. de antiqua Ecclesiæ disciplina p. 130. seq. Finita incineratione cum subsequa processione: Tunc uocandi sunt omnes penitentes qui eiiciendi sunt de ecclesia, et prosternant se in pauimento ecclesie, et dominus episcopus cum illis, et dicantur septem psalmi penitentiales, sine gloria patri ab

omnibus clericis et tunc dicat pontifex capitula ista : Peccavimus. Or. Exaudi. Preueniat. Adesto. Deinde mittat episcopus cineres super capita eorum, dicens memento. Sequitur oracio a pontifice sine salutacione : Omnipotens sempiterne, Hys dictis surgant penitentes a terra et baculi dentur in manibus eorum dicendo sic : Contere cor tuum. Hys omnibus expletis, statim eiiciendi sunt ab ecclesia et tali modo increpandi : Ecce eiiceris hodie. Sicque ipsi precedant crucem et eiiciat eos episcopus de ecclesia et interim decantet clerus. R. In sudore. Cum uero eiecti fuerint, stet dominus episcopus in porta ecclesie, et ostendat eis quanta distancia sit inter bonos qui cum deo sanctis eius in ecclesia manent et eos qui pro sua nequicia de diabolo in eternum supplicium proiiciendi sunt, nisi per penitenciam se correxerint. Et ita eos exortari diligencius studeat et discrete ne incidant in desperacionem. Hys actis recitantur in choro cantantes R. Tribularer. Sequuntur preces : Si iniquitates. Or. Domine deus. Deus cuius indulgencia. Deinde faciant processionem cantantes R. Paradisi portas. Sequitur Kyrieleison. Pater n. preces. Domine non secundum. Oracio. Exauditor omnium deus'.

23. P. n. 522. De hoc velo, quod verisimiliter violacei coloris erat, et utcunque ad ipsas ecclesiæ fornices suspendabatur, in Ordinariis quidquam occurrere me non memini ; sed in choro Ecclesiæ Turonensis suspensum fuisse testatur Martene, l. s. c. p. 179.

24. P. n. e. Huius hymni prima stropha in nostris Breuiariis sic habet : *‚Christe qui lux es et dies : noctis tenebras detegens : lucisque lumen crederis : lumen beatum predicans'.*

25. P. n. 523. Istius carminis primum comma apud nos hunc in modum sonat : *‚Clarum decus ieiunii : monstratur orbi celitus : quod christus auctor omnium cibis dicauit abstinens'*, Alterius hymni initium autem sic habet : *‚Aures ad nostras deitatis preces deus inclina : pietate sola supplicum vota suscipe precamur famuli tui'.*

26. P. n. 526. Sermo est hic de tabulis scrinii altaris, quæ sculptæ vel pictæ, dyptychorum, tripychorum, tetraptychorum vel pentatychorum pro numero valvarum adpellabantur, cuiusmodi hodie dum visuntur in altari summo Ecclesiæ S. Jacobi Leutsowiensis. Cf. W. Merklas. Die mittelalterlichen Kunstwerke der Jakobskirche in Leutschau, Mittheil. der Centralcommiss. zur Erforsch. der Baudenkm. Wien. 1860. V, 277. s. Czobor B., A középkori egyházi művészet kézikönyve. Budapest. 1875. p. 118. seq.

27. P. n. 528. Juuat ex ordinariis Strigoniensibus, quosdam singulares Quadragesimæ ritus h. l. recensere. Iuxta Ordinarium a. 1508. feria secunda post *Inuocavit :* incipiuntur post completorium antiphone de canticis canticorum ad aram beate uirginis et primo O gloriosa. Ordinarius a. 1496. pro dominica tertia sive *Oculi* constituit. ut in

completorio responsoria canant: unus et alter iuvenis atque unus canonicorum. Dominica quinta *passionis* dicitur in ordinario 1508.: In missa rubeo colore vtimur, ministri alba induuntur tantum.

28. P. n. 530. De Dominica Palmarum siue ramorum præter celebrationem officii nocturni atque diurni nulla reperitur descriptio in nostro libello, cum tamen in aliis Ordinariis nec non in Rubricis Missalium: Benedictio Palmarum, Ordo processionis, et singularia in Missa præcipiantur, quorum aliqua saltem hac occasione apponenda erant. Audiamus vetustissimi testis Codicis Posoniensis 1341—28. verba: Hora tercia conueniant omnes clerici in ecclesia; induti sollempniter vestibus sacris: exeuntes de choro cum plena processione pergant ad locum destinatum; Cantatis antiphonis, collectis, lectione. evangelio, sequebatur Exorcismus frondium, benedictio et diuisio ramorum palmarum et frondium populis. Cetera perlecto evangelio fiebat sermo ad populum, quo habito, cantabatur antiphona: Ante sex dies, Longum foret interim ipsum processionis ordinem descibere, sed nonulla eidem priva solum commemorabimus. Ex tunc, exit processio sic: pueris hymnum Gloria laus, cantantibus rami palmarum et uestimenta proiiciebantur obuiam cruci, prosternebant se cruci salutantes eam cantando ‚Ceperunt omnes turbe'. Intrantíbus autem cymiterium incepit cantor R. ‚Ingrediente domino'. Et sic cantantes perueniant usque ad portam ecclesie et ibi dicatur oracio: Deus qui miro ordine. Intrante clero incipiatur ista antiphona: Turba multa. Ante altare demum dicebatur oratio: adiuva nos deus. Deinde agebatur missa. Juxta Ordinarium Agriensem 1509. choratores quattuor canonici in processione in cappis rubeis fungebantur. Vestimentis coram Crucifixo proiectis episcopus tribus vicibus flexis genibus, percutiendo cum palma crucifixum cantauit: Scriptum est enim, choro respondente. Et dispergentur oves. Ex Ordinario Telegdino discimus in Ecclesia Metropolitana Strigoniensi cantores cantu figurato cecinisse. Ex eodem nouimus: officiantem, clerum et populum osculatum fuisse crucifixum. Præcipiente Ordinario a. 1496. in Missa tractus primus dicitur per pueros. Secundus per duos socios. Tertius per duos alios. Alii autem versus canuntur ad duas partes chori versificantes vsque penultimum et penultimus canitur per duos choratores Cf. p. 12. seq.

29. P. n. 531. Accendebantur in his nocturnis lumina viginti et quatuor et exstinguebantur per singulas lectiones et responsoria in benemultis Ecclesiis Galliæ. Quindecim accendebantur passim, sed in nonnullis Ecclesiis modo quatuordecim, in aliis solum duodecim, in quibusdam novem, imo etium septem tantum accendebantur. Unde patet candelarum, numerum non certum fixumque fuisse.

30. P. n. 532. *Belethus,* in Rationali diuinorum officiorum cap. 101, ed.

Migne p. 106, 7. fuse tractat de numero candelarum : ‚Quindecim candelæ duodecim apostolos et tres Marias significant, qui omnes laudem Dei tunc subticuerunt. Sed apostolis tamen fugientibus, tres Mariæ ut quæ minus metuebant, circa eum quoad poterant versabantur'.

31. P. n. 532. De eiectione poenitentium in capite ieiunii n. 22. locuti sumus, s. p. 575. nunc ex eodem Missali 1431—28. de reconciliatione poenitentium, quæ fiebat in Cœna Domini aliqua adnotemus : *Ordo in cena domini ubi pontifex fuerit. Hora tercia induatur episcopus sollempnibus uestibus. Et sint secum induti septem diaconi. Horum unus nudis pedibus cum penitentibus stet alba tantum indutus totidemque subdiaconi subtilibus induti. Duodecim autem presbyteri, ut tempore missarum ornati assistant; sicque ministris stantibus, sedente episcopo præ foribus ecclesie, penitentibus in atrio ecclesie eminus cum archidiacono iussum episcopi prestolantibus. Pontifex dicat antiphonam Venite, Tunc archidiaconus ex parte penitencium dicit flectamus genua, omnes uero penitentes qui assistunt genua flectant. Quo facto diaconus qui est e parte episcopi dicat Leuate. Similiter agatur secundo et tercio, repetente episcopo antiphonam Venite. Prosequitur diaconus flectamus genua. Moxque cum archidiacono corruant ad pedes domini. Sicque prostrati iaceant quousque dominus innuerit alteri diacono Leuate. Illis accedentibus prosequatur adesto antiphona Venite cum psalmo Benedicamus dominum. Mox surgat episcopus et cantet hos psalmos Miserere. Deus in nomine. Miserere mihi. Deus misereatur. Deus in adiutorium. Inclina. Domine. His finitis sequitur oracio dominica cum precibus: Postea surgant penitentes et diaconus qui est a parte eorum dicat Redintegra in eis. Et moneantur ab episcopo ut quod penitendo diluerunt iterando non renouent. et ponat sic dominus episcopus antiphonam Venite et chorus similiter cum episcopo. Sequiturque psalmus Benedicam dominum, et finitis eiusdem psalmi versibus semper sequatur antiphona In domino. Interim penitentes manuatim ab archidiacono reddantur episcopo et episcopus reddat diacono, qui ex parte eius fuerit et ordinati congregentur sicque restituentur ecclesie. Deinde in medio ecclesie imponat dominus episcopus antiphonam Cor mundum cum psalmo miserere. Quo finito prosternat se episcopus cum penitentibus in oracionem, clero faciente letaniam et interseratur in letania: Ut presentibus famulis tuis peccatorum suorum ueniam donare digneris. Finita letania dicat Kyrie, preces, oraciones, Tunc absoluat eos pontifex ita dicendo: Dominus iesus xristus: Hic aspergat eos pontifex et thurificet, postea dicat: Exsurgite qui dormitis resurgite a mortuis et illuminabit vos xristus. Tunc penitentes eleuent se a terra et osculetur eos episcopus singulos.* Sequitur. Ordo de oleo et chrismate, qui interim cum illo Pontificalis Romani plurimum concordat.

32. P. n. 533. In supralaudato Missali sic incipit: ‚*Tellus ac ethera iubilant, in magna cena principis, qui prothoplasti pectora, uite purgauit ferculo. Hac nocte factor omnium, potenti sat mysterio carnem suam cum sanguine in escam transfert anime.*' G. Cassander qui in Hymnorum ecclesiast. editione, Op. o. p. 225. hoc carmen typis describi fecit in scholio p. 226. subiicit: ‚Hunc hymnum in nonnullis libris de Ecclesiasticis officiis inscriptum reperi: Versus *Flauii* ad mandatum, quis autem hic Flauius fuerit, mihi modo non constat.'

33. P. n. e. Obiter hic tantum obseruamus, in Ecclesia Metropolitana Strigoniensi peracto mandato panem et vinum distributum fuisse. ‚Tunc, prouidet Ordinarius a. 1508. oblatis ministrantibus a diacono et subdiacono cuilibet distribuit. Canendo antiphonam Mandatum nouum. Et Choro respondente: Ut diligatis inuicem. Deinde offertur per satrapes in picariis vinum. Et per eosdem ministratur secundum ordinem: sed prius maior dignitas domino episcopo fert oblatas, canentes Mandatum nonum ut prius. Tunc receptis omnibus surgens dicit dominus episcopus: oremus. Oracio ut in libro. Videlicet: Deus qui discipulorum tuorum pedes. His finitis rector schole facit sermonem.' Hic lingua latina fuit pronuntiatus.

34. P. n. 534. Ita præcipit *Ordinarius Agriensis* a. 1509. e quo Liturgiam Parasceves, literis distinctis descriptam inseruimus. Ordinarius Strigoniensis a. 1496. habet: ‚his finitis sine vllo medio incipitur Passio domini nostri iehsu xristi: nec ad euangelium petitur benedictio: et recipit casulam nigram, quam solet recipere dyaconus. Et canit in medio stalli positis tapceiis nudis pedibus: Egressus trans terrentem.'

35. P. n. e. Missale Posoniense 1341—28. post improperia addit rubricam: ‚Tunc fiat sermo ad populum [utique lingua vernacula], finito sermone accipiat presbiter casulam de cruce et dicat alta uoce: Ecce lignum crucis'.

36. P. n. 535. Comma primum hunc in modum sonat: *Laudes omnipotens ferimus tibi dona colentes, corporis immensi sanguinis atque tui*'. E codice Posoniensi 1341—28. Hymnus ipse adtribuitur *Ratperto* monacho s. Galli, qui c. a. 900. obiit. Inscribitur ad. Eucharistiam sumendam, apud Migne Patr. lat. LXXXVII, 40. Et revera iuxta eiusdem libri testimonium in Parasceve singuli communicabant: ‚Deinde inquit rubrica, singuli communicantes in sua redeant loca'.

37. P. n. 536. Ordinem sepulturæ Missalis Posoniensis iuuat h. l. attexere: ‚Deinde hostiis ecclesie diligenter seratis, omnibusque laicis exclusis diaconi et subdiaconi et acoliti cum candelis et incenso pergant illuc ubi post salutationem crucem reposuerunt, et inde leuantes eam portent ad locum ubi sepulchrum parare uoluerint, ibique super scamna ponatur et thurificetur et diligenter linteamine et

desuper pallio cooperiatur: sed interim dum crucem leuant et de loco ad locum portant, decantent silenter ista Responsoria: Jerusalem luge. Ecce uidimus. Plange quasi. Recessit pastor. Ecce quomodo. Nouissime corpus domini in unam ualde, mundam pixidem mittant, sigilloque uel claui ecclesie sigillent atque subter linteamen et pallium ad pectus sancte crucis collocetur, et dicant R. Sepulto domino. A. In pace. a. Caro mea, hys ita peractis et custodibus ordinatis qui hoc sacratissimum corpus custodiant cum psalmis et ceteris oracionibus ipse clerus antequam redeat dicat A. Adoramus. V. omnis terra. Oracionem Respice quesumus.

38. P. n. 537. Animadvertimus ordinarii epitomatorem in cerimoniis sabbati sancti recensendis brevissimum, benedictionem ignis ex integro prætermisisse, cuius ritum ita describit missale Posoniense 1341—28.: Ordo in Sabbato sancto. Sabbato die ornetur ecclesia omnibus ornamentis et utensilibus suis. Hora septima conueniat omnis clerus in ecclesiam et preparent se unusquisque uestimentis sollempnibus ad suum ordinem. Preparatis omnibus expectent iussum pontificis in ordine suo. Cum autem episcopus fuerit paratus in sacrario ueniat clerus obuiam sibi cum aqua benedicta et turribulis et candelis sine igne, et plenario. Et surgens episcopus cum plena processione et crucibus cantando psalmos quindecim graduum sine gloria patri. Et uadat usque ad locum ubi preparatus fuerit ignis ad benedicendum. Persolutis oracionibus: Domine sancte pater. Omnipotens deus. Deus qui per filium. Domine deus. Domine sancte pater. Continuat rubrica: Tunc aspergat ignem aqua benedicta, moxque accendantur candele. Redeuntibus uero in ecclesiam cantentur a duobus clericis hii uersus sequentes. *‚Inuentor rutili dux boni luminis, qui certis uicibus tempora diuidis, merso sole chaos ingruit horridum, lucem redde tuis xriste fidelibus*‘. Hymnus iste Aurelii *Prudentii,* Cathemerinon V. ad incensum lucernæ, integer 164. versus complectitur, qui in editione B. Cellarii. Halæ. 1703. p. 27. seq. leguntur. In benedictione cerei in fine canebatur: et *gloriosissimo rege nostro N. eiusque nobilissima prole.* Aliud quoque particulare Ecclesiæ Strigoniensis ex eodem codice adscribere iuuat. Cerei paschalis benedictionem sequebantur lectiones ad catechumenorum institutionem olim recitatæ. Deinde Ordo super electos ad catechuminum. Præcipuum enim sabbati sancti officium celebrationem baptismi fuisse, apud omnes constat. Postea ordinabatur processio ad benedictionem fontis. Deinde prosequitur rubrica: dominus pontifex cum cuncto clero et omni ornatu ecclesie procedat ad fontem, sustentatus a presbiteris duobus uel diaconibus, et duo cerei portentur, ante eum usque dum omnia finiantur, letania septena dicitur [inuocationibus septies repetitis] Stantibus autem ad fontem cantetur ymnus: «*Rex*

sanctorum angelorum, totum mundum adiuua. Ora primum tu pro nobis uirgo mater germinis et ministri patris summi ordines angelici': Wimpfeling, hymni de tempore, recte scripsit f. 47. r. decantatum fuisse hymnum hunc in vigilia Paschæ et pentecostes frustra contradicente Daniel, Thes. I, 254. Ceterum baptismus hoc sæculo XIV. immersione conferebatur, et mox baptizati confirmabantur. Constitutiones synodales Strigonienses a. 1450. a nobis editæ p. 3. præcipiunt: ‚vt baptizans imposito prius nomine producto signo crucis super aquam, ter inmodum crucis *inmergat illum in aquam*'. Sic dictæ cerimoniæ ‚Resurrectionis' nulla fit memoria.

39. P. n. 538. Ritus paschales in Ecclesia Hungariæ obseruatos peculiari in disquisitione illustrauimus. In his est cerimonia et processio s. d. Resurrectionis Domini. Ad hanc merito revocari potest, quæ Ordinarius Agriensis de festo Paschæ in matutinis præcipit: Item finita vltima homelia Responsorium tangitur in organo. Interim descendat processio ad sepulchrum cum vexillis. lucernis: thuribulo et aqua benedicta: stante processione et omnibus ac etiam dominis ad duos partes circa sepulchrum stantibus ac postea flectentibus genua cantetur versus responsorii cum repetitione. Ut venientes usque gloria patri. Interim dominus episcopus resoluit sigillum et aperiens sepulchrum aspergat et thurificat. Deinde excipiens sacramentum dicit; surrexit dominus de sepulchro alleluia: ad tonum versiculi. Chorus. Qui pro nobis pependit. Immediate vertit se processio ad chorum cantando Gloria patri cum repetitione. Qua finita in magno altari per subcustodem ordinato et disposito cum corporali et calice ac patena dominus episcopus habens in manibus supra patenam sacramentum exceptum de monstrantia vertit se ad chorum cantando antiphonam. Pax vobis ego sum alleluia. Chorus nolite timere alleluia. Postea immediate tangitur in organo. Te deum laudamus. Interim dominus episcopus lauat manus suas et descendit ad locum suum. Subcustos autem cum plebano recondet sacramentum ad sacrarium. Finito Te deum laudamus dicitur versiculus ante laudes. Surrexit dominus vere alleluia. Deinde Deus in adiutorium dicitur. Post hec sequuntur laudes.

40. P. n. e. Post aspersionem aquæ ‚Vidi aquam' antiphona cantata et oratione dicta Missale Posoniense 1341—28. ad processionem præscribit: Cum rex glorie xristus infernum debellaturius intraret et ante faciem eius chorus angelicus portas principum tolli preciperet, sanctorum populus qui tenebatur in morte captivus uoce lacrimabili clamaverunt: aduenisti desiderabilis quem expectauimus in tenebris, ut educeres hac nocte uinculatos de claustris, te nostra uocabant suspiria, te larga requirebant lamenta, tu factus es spes desperatis magna consolacio in tormentis. Oracione

ad Sanctum, quo fiebat processio dicta, cantabatur hymnus: ‚*Salue festa dies toto uenerabilis euo, qua deus infernum uicit et astra tenet*'. Qui duo versus e carmine *Venatii Fortunati* sunt petiti, reperiuntur Carminum l. IV. Ad Felicem episcopum de pascha, quod incipit: *Tempora florigero rutilant distincta sereno,* Ed. Fr. Leo. Berolini. 1880. p. 60. Sed responsoria insequentia: Sedit angelus. Crucifixum dominum. Recordamini, quomodo, sunt prosaica. Ordinarius Strigoniensis a. 1496. fere eodem modo processionis huius ordinem describit. Ordinarius a. 1505. commemorat Kyrie in secundis vesperis Paschæ primis diebus cum organo cantari, sed posse per totam octauam tam in vesperis quam etiam in missis in organo cantari.

41. P. n. 539. In Breuiario Strigoniensi a. 1484. Ita inchoatur: ‚*Chorus noue ierusalem, noua meli dulcedine: promat colens cum sobriis: paschale festum gaudiis*'. Wimpfeling, hymni f. 43. v. auctorem huius hymni perperam beatum Ambrosium esse statuit. G. Cassander, Hymni eccl. ed. c. p. 234. *Fulberto* episcopo Carnotensi † 1029. adscribit, eidem tribuit Daniel, Thes. I, 216. et Migne, Patr. lat. 142, 351. Hymnus: ‚*Aurora lucis rutilat: celum laudibus intonat, mundus exultans iubilat, gemens infernus vlulat*'. Mutatis passim verbis hodie Dominica in albis hoc initio. Aurora cœlum purpurat etc. legitur. Breuiarium Strigoniense a. 1484. has duas strophas ita reddit: ‚*Quesumus auctor omnium: in hoc paschali gaudio: ab omni mortis impetu: tuum defendas populum*'. ‚*Gloria tibi domine: qui surrexisti a mortuis cum patre et sancto spiritu in sempiterna secula. Amen.*'

42. P. n. 540. In Breuiario Strigoniensi typis descripto 1484. legitur ad vespéras in festo sancti Adalberti martyris: ‚*Vita sanctorum decus angelorum: vita cunnctorum pariter piorum: christe qui mortis moriens ministrum exuperasti*'. Cf. p. 171. 172.

43. P. n. 541, In margine a seriori manu: In vigilia apostolorum philippi et Jacobi ut inuenitur in rubrica et in libro non habetur ieiunium. Eciam vigilia qua eos elegerat xristus in apostolos debet per integrum ieiunare.

44. P. n. 545. Processionis hoc triduo institui solitæ brevissime meminit Ordinarius Strigoniensis a. 1505. fit ad vnam ecclesiam ex arbitrio domini succentoris vel vicarii. Amplius recenset agenda in diebus Rogationum Ordinarius Telegdinus, in quo præscribuntur suffragia facienda: de sancto in cuius honorem Ecclesia dedicata est, de Resurrectione Domini, de S. Cruce, de beata Virgine, de S. S. Apostolis Petro et Paulo, de s. Adalberto, de omnibus Sanctis, pro peccatis, contra Paganos, pro Serenitate vel pro pluuia, pro pace.

45. P. n. 546. Epitomator more suo rursus neglexit describere officium in vigilia Pentecostes. Inchoabatur lectionibus quæ pro cathecumenorum instructione pronuntiabantur. Harum numerus variabat. Nostra

missalia e. g. Posoniense 1341—28, Strigoniense Nurnbergae 1498 typis impressum quatuor tantum adnotant, post quas canebatur tractus Sicut ceruus. Finito illo statim iuxta Ordinarium a. 1496. constituta est processio ad benedictionem fontis, quæ cum baptismo olim ad eundem modum fiebat, quem descripsimus n. 38. V. p. 581. Enumerantur hi infrascripti. Primo vnum vexillum in quo est depicta imago b. virginis, ceroferarius. Pixis cum thure portatur ab accolito Subdiaconus in tabula scriptus. Crisma portat acolitus vnus, exultet portat procedens. Aut unus neruosus. Oleum portat unus accolitus. Deinde diaconus in tabula scriptus: turribulum portat unus presbyter. Postea ceroferarii pueri: et vltimo illud vexillum. Et isti omnes induti sint cappis: exceptis accolitis: qui erunt induti albis, et duobus ministris, videlicet diacono et subdiacono, qui erunt induti dalmaticis albis. De S. S. Trinitate, verba faciens adnotat, quod in omnibus diebus dominicalibus de estate ad processionem canatur antiphona Saluator mundi vel hymnus: *Omnipotens sancte* et cetera. Huius prosæ nulla in libris nostris liturgicis reperimus vestigia. Dreves, Hymn. Lemovic. VIII, 258. recitat Prosam Dominicalem, quæ incipit: „*omnipotens Deus fortis, per innumera saecula*". Et aliam Anal. hymn. XI, 11. de S. S. Trinitate: *omnipotens verax, solus genitor unus Deus.* Processionale Cisterciense a. 1679. p. 74. r. peculiares recitat antiphonas pro Dominicis a prima Augusti usque ad secundam Septembris, nullo addito proprio hymno.

46. P. n. 554. Solennitas sacratissimi Corporis Christi ab aliis distinquitur officio, processione cum S. S. Sacramento et eius Expositione. Epitomator noster qui in rubricis generalibus Dominicarum et festiuitatum Sanctorum fere nimius est, ne uerbum quidem de liturgia huius sacrosanctæ diei habet, quæ tamen in Ecclesia Metropolitana Strigoniensi non minus quam in Cathedrali Agriensi pluribus cerimoniis distinquitur, quæ etiam modo apud nos vigent. Quandoquidem argumentum hoc accurratius h. l. tractare impossibile sit, sufficiat quasdam singulares consuetudines laudatarum Ecclesiarum commemorare. In his: deputata hora, dicit Ordinarius Strigoniensis 1505. conueniat omnis chorus ad ecclesiam indutis casulis solennibus: alii cappis induti habentes reliquias in manibus. Interim omnes monachi ab omnibus claustris et plebani ab omnibus ecclesiis parochialibus accedunt cum processione ad castrum. Porro legitur processionem cum episcopo qui sacramentum eucharistiæ in manibus habet exiisse: ‚versus sanctum georgium et ibidem capellam b. virginis circumeundo, et sanctum ambrosium' . . . in processione velum portabunt famuli domini episcopi. ‚Notandum quod tam in processione diei et octauæ, quam aliis diebus quando effertur vel infertur sacramentum, item dum in Prosa canitur *Ecce panis Angelorum*

Capitulares debent habere in manibus lucernas ardentes.', Item habet Ordinarius Agriensis 1509., in eadem processione per quattor altaristas ad hoc tabulatos, dalmaticis solennioribus indutos, dicuntur quattuor inicia euangeliorum: videlicet mathei ad sanctum iacobum. Marci ad sanctum nicolaum. Luce ad sanctum Michælem. Johannis In principio. In porticu cathedralis ecclesie. Quo finito intrant cum sacramento ad ecclesiam et sacristiam'. Processionarium Ord, fr. prædicatorum p. XLVI. r. s. describtt processiones pro aliquibus emergentibus casibus: ‚sicut est turbatio æris, periculum guerrarum, tribulatio ecclesie, status tere sancte, infirmitas principis, *receptio reliquiarum*' reverentia pape uel alicuius magni'. Quinquecclesiis iuxta Missale 1499. LIIII. secundo die corporis christi contra tempestatem et fulgura fiebat processio.

47. P. n. 554. Hactenus epitomator ea quæ præcipua festa Domini spectant pro modulo suo prosequntus est; nunc prætermissis festivitatibus Sanctorum quæ mensibus Aprili Majo et Junio celebrantur calamum ad festa adiicit, quæ mense Junio a die s. Barnabæ Apostoli recoluntur. Commemorare juvat Ordinarium Strigoniensem a. 1496. et 1508. præscribere: De sancto Ladislao rege in virido agitur. Agriensem autem. Chorum regant sacerdotes in flaueis vestibus Item pro festo depositionis s. Ladislai mandatur cum additione: ex quo est patronus regni.

48. P. n. 556. Ordinarii Strigonienses copiose loquuntur de modo quomodo officium diuinum per Octauam S. Joannis Baptistæ persoluendum sit. Tres modi fuere, quorum unum sequebatur Ecclesia Cathedralis Vaciensis, omnibus autem tribus, ut dicitur, semper bene oratur. Quomodo Capitulum Scepusiense ordinauerit, habetur in eodem nostro codice f. 188. r. cum superscriptione: Assit principio sancta maria meo, post præfatiunculam de canonibus poenitentialibus [non provincialibus, ut male legit cat. Cod. Bibl. Univ. r. Scientiamm Budapest. p. 59.] ‚Ex quo Canones penitentiales — Cognoscat ergo canones penitentiales, ut sequitur. Primus dicit quod presbiter'; unus et solus, nam secundus non habetur. Deinde autem:

Nota cum festum beati Johannis baptiste cadit in dominicam diem infra octauam corporis xristi, quomodo sit tenendum. Item sabbato proximo. In vigilia Johannis baptiste seruabitur de corpore xristi et vigilia imponetur post nonam, lectiones tres alie matutinales de vigilia sancti Johannis. Item dominica proxima seruabitur de sancto Johanne. Item feria quinta proxima ante vigiliam petri et pauli seruabitur in octaua corporis xristi, et vigilia post nonam lectiones matutinales de vigilia.

Item sabbato tunc proximo seruabitur de sancto paulo et octaua sancti Johannis post nonam lectiones matutinales de sancto Johanne.

Item post dominica seruabitur et imponetur et vigilia visitacionis post nonam lectiones matutinales de vigilia. Hec Thomas lector, canonicus et vicarius in Scepusio. 1470.

49. P. n. 559. Hymnus e Breuiario Strigoniensi a. 1524. : ‚*En miranda prodigia, concepit haec virgunculа: fit iesu christi gerula, maria sacratissima*'.

50. P. n. 560. Responsorium : sabbatis diebus, lect. pr. ‚O decus virginitatis virgo maria sola mater innupta : virgo ante partum, virgo in partu, virgo post partum. Mater christi : templum dei, domini sponsa : mundi domina et celi regina V. Accipe quod offerimus, redona quod rogamus, excusa quod timemus. Breuiarium secundum vsum alme Ecclesie Strigoniensis, Venetiis 1524 : sumtibus m. Prischuiz impressum f. 357. r. In festo sancte marie de niue hanc exhibet rubricam : ad vesperas vel si placet dicas hystoriam : O decus virginitatis, quia ecclesia strigoniensis non curat istam hystoriam sed tantum lectiones : Cf. n. 14. p. 574.

51. P. n. 562. Hymnus iste proprius secundum Breuiarium Strigoniense a. 1484. sic inchoatur : ‚*Gaude visceribus mater in intimis : felix ecclesia, que sacra replicas sancte festa, marie, plaudant astra, solum mare.*'

52. P. n. 563. E praescripto Ordinarii Strigoniensis a. 1496. chorabant : quatuor pueri, plebanus vnus et prebendatus. Agriæ iuxta normas a. 1509. chorum regebant sacerdotes in flaveis. Uterque post festum s. Egydii ut festum tabulatum imponit depositionem sancti Emerici ducis. Agriæ in vestibus albis perficiebantur h. d. diuina.

53. P. n. 565. De s. Gerardo m. et s. Demetrio, quorum in ordinariis typis impressis festum recensetur libellus noster altum tacet. Agriæ festum : Sanctarum vndecimum virginum : est tabulatum, quia duarum capita habentur in hac ecclesia Agriensi.

54. P. n. 567. *In resegmine chartaceo huic loco immisso sequentia leguntur : Nota quod in die omnium sanctorum sero solemniter dicuntur vespere pro defunctis. Et in crastino die, secundo agatur de commemoracione mortuorum et hoc isto modo leguntur vigilie defunctorum cum nouem leccionibus et laudibus. Ad primam et ad omnes horas non dicitur : deus in adiutorium, nec hymnus, sed sic incipit : Oremus pro fidelibus defunctis. Deus in nomine, beati immaculati ; quicunque non dicitur sed miserere mei deus. Deinde ad omnes horas paruas fidelium : quas assumpsisti domine, fac eas gaudere cum sanctis tuis in gloria. Kyrie x. k. Credo in deum. Carnis resurrectionem et vitam eternam. Non intres in Judicium cum seruo tuo, quia non. Ne tradas psalmus pro defunctis. A porta inferi erue et cetera. Oracio fidelium deus. Secunda die et postea partem beate visionis : obtineamus vitamque mereamur habere in celis pater*

Jesu xriste et cetera, Isto modo conclude omnes horas per Credo quod non dicatur idem ad primam. 1471. script. leuts.

55. P. n. 568. Hic explicit instructio de festiuitatibus Sanctorum celebrandis, in qua cum nonnulla desunt, quæ in Ordinariis typis descriptis reperiuntur, superfluum non erit notatu dignissima ex iis h. l. attexere. Ordinarius Strigoniensis a. 1496. ad processionem in Missa hymnum cantandum esse dicit: ‚*Christe redemptor omnium, conserua tuos famulos, beate semper virginis placatus sanctis precibus*'. Agriæ, ubi in uniuersum plurimæ agebantur processiones, finito completorio, episcopo in cappa nigra cum infula et baculo pastorali procedente fiebant plures stationes cum absolutionibus. Prima earum ante magnam ianuam clausam versus occidentem, altera ante ianuam versus aquilonem, tertia in ossorio siue cimeterio, et in reditu ante altare s. crucis. Ibidem festum S. Emerici et Martini in vestibus albis agebatur et Credo cantabatur De s. quidem Martino ‚quia par est apostolis, eo quod sicut supra apostolos spiritus sanctus apparuit in linguis igneis. Ita sancto martino celebrante missam spiritus sanctus in globo igneo supra caput eius apparuit. Et quia est patronus regni'. V. p. 272. Notabile est quod sequitur: ‚Deinde de sancto iohanne elemosinario prime vespere, quia festum translationis ipsius in vngaria celebratur sequenti die sancti martini'. Etiam Breuiarium Strigoniense Venetiis 1524. impressum pridie idus Nouembris habet S. Johannem Eleemosynarium. Eodem die i. e. 12. Novembris reperitur in Ordinario Telegdino. Cetera ordinarius Strigoniensis a. 1496. et 1505. habet: Nota quod in dominica prima post festum sancti Martini episcopi et confessoris celebratur semper dedicatio ecclesie Strigoniensis. Ad vesperas hymnus: ‚*Urbs beata hierusalem, dicta pacis visio, quae construitur in celis vivis ex lapidibus: et angelis coronata vt sponsata comite,* [E Breuiario 1484.] canitur etiam in processione. [Cf. de hoc hymno: H. A. Daniel, die Kirchweih — Hymnem Christe cunctorum dominator alme. Urbs beata Jierusalem. Halle. 1868. Differt ab hoc p. 9. recitato sicut etiam ab illo quem e diurnali a. 1521. typis describi fecit H. Lämmer, Cœlestis urbs Jerusalem. Feiburg. 1866. p. q.] Ordinarius Telegdinus interim monet: Tirnauiæ ubi nunc Ecclesia Strigoniensis exulat, celebratur Dominica proxima post festum s Bartholomæi'.

56. P. n. e. Conclusio sthæc sumitur e hymno ‚*Ad cenam agni providi et stolis albis candidi, post transitum maris rubri christo canamus principi*'; ubi penultima stropha sic sonat: *Quesumus auctor omnium, in hoc paschali gaudio: ab omni mortis impetu, tuum defendas populum*'. Ita Breuiarium. Strigoniense typis descriptum 1484.

57. P. n. 569. Perspicuitate claret rubrica, quam Breuiarium Nagylakianum 1489—2. continet: De impositione hystorie. Notandum quod de

sancta trinitate octaua non tenetur, sed statim post octauas corporis xristi inchoatur hystoria [Domin. I], Deus omnium. Et sciendum quod hystoria: ‚Deus omnium, aliqui cantant per sex ebdomades, aliqui per septem, aliqui per octo usque ad mensem Augusti: post festum quidem beati panthaleonis ubi fuerit litera dominicalis ibi inchoatur hystoria': In principo" [Dom. IX. p. P.] Similiter post festum beati augustini, ‚vbi fuerit litera dominicalis ibi inchoatur hystoria': Si bona. [Dom. XIII. p. P.] Post festum uero prothi et uiti, vbi fuerit litera dominicalis, ibi inchoatur hystoria: ‚Peto domine'. [Dom. XV. p. P.] Et post festum beati Lamperti, ubi fuerit litera dominicalis, ibi inchoatur hystoria: ‚Adaperiat'. [Dom. XVII. p. P.] Post festum uero Symonis et Jude apostolorum, vbi fuerit litera dominicalis, ibi inchoatur hystoria ‚Vidi dominum'. [Dom. XK. p. P.] Similiter post festum beati lini pape, ubi fuerit litera dominicalis, ibi inchoatur aduentus domini'.

58. P. n. 571. Notis his finem impositurі colophonem, ut aiunt Græci, ex eodem codice Budapestinensi n. 73. documentum non ubique obuium, quo describitur: Nota de symbolo, addidimus:

Nota de symbolo maiori quando cantari aut legi debeat ex collectali maiori capituli scepusiensis scripta.

[58c.] *Cantatur autem symbolum maius in solempnitatibus eorum dumtaxat, qui illud composuerunt et in illis de quibus mencio aliqua fit in ipso: videlicet in omnibus diebus dominicalibus: In festiuitatibus domini, scilicet in natali, in Epiphania, in cena domini, pascha, ascensione, penthecostes, Trinitatis, Transfigurationis, corporis xristi. Item in omnibus festiuitatibus marie, sancte crucis, angelorum, Apostolorum, quia de ipsis fit mencio ibi et apostolicarum oracionum et eciam quia ipsi composuerunt symbolum hoc ubique concorditer tenendum. In solempnitatibus autem sanctorum Marci et Luce Ewangelistarum, dicunt quidam non debere cantari, quia illi apostoli non fuerunt. Verum dici debet in dedicacionibus ecclesiarum et in commemoracione omnium sanctorum, tanquam in ipsa sit festiuitas dedicationis. Dicitur eciam infra octauas natalis domini, excepta die Innocentum, in quo cantica tractu substituuntur. In octaua tamen Joannis Apostoli cantatur. Cantatur eciam infra octauas epiphanie, pasche, ascensionis, penthecostes, corporis xristi, apostolorum petri et pauli, et assumpcionis Beate Marie Virginis. Licet eciam in natiuitatibus sanctorum Joannis Baptiste et sancti laurencii symbolum* [59c.] *non cantetur in octaua tamen eorum cantatur, ideo quod infra octauas apostolorum et assumpcionis marie occurrant. Et ob hoc prefacio in octaua Johannis de apostolis et in octaua sancti laurencii de assumpcione cantatur prefacio. In*

quibusdam tamen Ecclesiis symbolum dicitur in festo Johannis baptiste, et non incompetenter quia ipse non solum fuit propheta, sed eciam plus quam propheta. Ast de prophetis fit mencio ibi: qui locutus est per prophetas, de ipso quidem est scriptum. fult homo missus, ita fuit apostolus, quia de ipso eciam ait Johannes oris aurei, in sermone qui legitur in festo decollationis Johannis: par angelis, apostolorum vox, eciam ipse xristum baptisavit et baptismum predicauit. Et in symbolo fit mencio de Baptismo, horum quidem omnium fit commemoracio in symbolo. Quorundam tamen obseruatio, vt Epiphania est inter festa domini illud. Et est festum illud Baptismatis, de quo in symbolo canitur ibi: confiteor vnum baptisma et cena domini. Sed illa est solemnitas Eucharistiæ ad quam respicit illud sanctorum communionem et angelorum. Sed illi [60c.] *nomine tali debent intelligi de quo in symbolo ibi: creatorem vel factorem visibilium et inuisibilium. Quibusdam tamen non videtur illud cantandum ideo quod angeli nunquam hanc habuerint fidem sed spem, nec credunt sed sciunt, quum plenam scientiam habent. Fit eciam commemoracio hic specialis de dedidacionibus ecclesiarum; et ad illas respicit illud: sanctam Ecclesiam Katholicam, tunc enim sanctificatur vt ita dicam Katholica Ecclesia, quando dedicatur. Ad actus xristi respicit Resurreccio mortuorum, de qua dicitur ibi: Exspecto resurrectionem mortuorum. Et sic finis 1517.*

TABULA DIRECTIVA

AD CANTIONES HISTORIAS RHYTHMICAS HYMNOS ET MEMORIAS QUAE IN HOC HYMNARIO DESCRIBUNTUR VEL LAUDANTUR

SECUNDUM ORDINEM LITERARUM ALPHABETI

A QUIBUS SUUM SUMUNT EXORDIUM CONCINNATA.

OSZK
Országos Széchényi Könyvtár

HYMNI LATINI.

Ad cenam agni providi 586.
Ad festa preciosi 253.
Ad Martini titulum 62.
Ad perennis vitæ fontem mens sitivit arida 69.
Alma pangat symphonizans caterva 62.
Alme rerum conditor in Personis Trine 352.
Amo Deum sed libere 71.
Angelus ad Pastores ait 325.
Angelus pastoribus 325.
Anima consurge pia 364.
Antiquum throno polum 147.
A patribus genitum texit te xriste matheus 475.
A progenie in progenies fecit misericordiam dominus 223.
Aurea luce et decore 575.
Aurora lucis rutilat: celum laudibus intonat 582.
Ave Dei pontifex 62.
Ave Domina, tu es præclara, Angelisque grata 384.
Ave gemma speciosa 59.
Ave hostia Salutis 355.
Ave Manus dextra Christi 343.
Ave Maria gratia plena, dominus tecum virgo serena 575.
Ave matrona nobilis 59.
Ave mundi gloria, Virgo Mater Maria 385.
Ave rubens Rosa, Virgo speciosa 380.
Ave salutis hostia 354.
Ave summe præsulum eja 57. 60.
Ave Virgo Virginum, O Maria. Domini Sacrarium 385.

Beata immaculata, Virgo puerpera 323.
Bellator armis inclytus 58. 59.

Cantemus cuncti melodum nunc Alleluia 17.
Chorus celestis agminis 240.
Chorus noue ierusalem, noua meli dulcedine 582.
Chorus noue milicie 143.
Christe qui lux est et dies 576.
Christe rex noster, via, lux, salusque 59.
Clarum decus ieiunii 576.
Coelum gaude, terra plaude 325.
Coelum plaudit, tellus audit 323.
Coeli quondam rorauerunt 298.

Coelo rores pluunt flores 322.
Collaudemus Christum Regem 325.
Concentu parili hic te Maria veneratur 575.
Concinnat ecclesia celebris memoriam 59. 60.
Confessor cristi stephane 194.
Confessorum flos Martinus 62
Consolare Domina, Mater et Regina 385.
Cor ad laudem redemptoris 62.
Cor tibi Jesu offero, o cordis sponsule 323.
Corde natus ex parentis: ante mundi exordium 573.
Corde, voce, mente pura 52. 60. 211.
Corona sanctitatis et immortalitatis 51. 60. 173.
Corporis nondum laqueo solutus 191.
Cur mundus militat sub vana gloria 69.

DECANTEMUS congaudentes 306.
Decoratos novo flore 59.
Deo vox iucunda 59.
De patre verbum prodiens 573.
Deus creator omnium 574.
Deus pater de coelis 311.
Deus tuorum militum, pauperum atque diuitum 62.
Dies absoluti pretereunt 574.
Dies sancta consecrauit 63.
Digna cultu dies hodierna 62.
Domine fili vnigenite iesu xriste 314.
Dormi mea gratia, dormi mea Rosa Bellula 323.
Dulcis Jesu, dulce nomen, dulcis Dei Genitrix 324.
Dum sævit Africus, tunc rosa rutilat 409.

ECCE venit Sponsa de Libano 372.
Ego amo te et tu amas me 339.
Eia mea anima, Betlehem eamus 324.
Elisabeth collaudemus 58.
En gratulemur spiritu 57. 58. 62.
En miranda prodigia 585.
Est messor cognomento, Mors 415.
Exsultent filiæ matris ecclesiæ 62.
Exsultet aula coelica 63.
Exultet celum gaudiis 171.
Exsultet claro sidere 61.
Exultet et lætetur, totusque iucundetur 324.
Exsultet in ecclesia 63.
Exsultet nunc omnis chorus psallens organa 62.
Eya recolamus laudibus digna 573.

FELIX gaude Germania 63. Festum agat ecclesia 61.
Festi decus præoptati 62.
Festiua sancti Lux Stephani vocat 214.
Fit porta xristi peruia referta plena gratia 573.
Florem mundus protulit 58. 60.
Florens Yesse regula 299.
Fratres unanimes foedere nexili 51. 57. 58. 62.
Fulget in templo legifer 61.

GAUDE felix Hungaria 51. 58. 59. 62. 386.
Gaude felix Pannonia 61.

Gaude flore Virginali 385.
Gaude gemma præsulum 60. 406.
Gaude mater Hungaria 61. 205.
Gaude mater virgo christi 301.
Gaudium mundi, Christe lux sanctorum 62.
Gaude Sion quæ diem recolis 52. 58. 60.
Gaude Sion quod egressus 52. 57. 58. 59. 60. 61. 288.
Gaude turba celestium 225.
Gaudent coeli nova luce. 51. 58. 60. 61. 208.
Gaude visceribus mater in intimis 585.
Gaudete dulces lacryme, cesset dolor 339.
Gloria in excelsis Deo. et in terra pax sit credentibus 317.
Grates nunc omnes reddamus Domino Deo 69. 573.
Gratulare Virgo singulari priuilegio 324.
Gratuletur Hungaria 166.

Hac in die voce, voto 62.
Hæc est dies veneranda nimis 62.
Hæc quæ facis o mi Deus! quam sunt mirabilia 328.
Hoc quoque Gregorius, Patres de more secutus 27.
Hodiernæ lux diei 58. 59. 60. 62.
Homo Dei creatura, cur in carne moritura 70.
Homo quod sit, noscat, amet, est beatus 328.
Hymnis agamus fidei 160.
Hymnum deo vox iucunda 58. 61.

Inclyte confessor christi sanctissime Paule 261.
Inclytos Pauli 262.
Infinitæ bonitatis, et immensæ charitatis 324.
In laude Martini Deus 62.
In mea sint memoria, Jesu pie signacula 344.
In me luctatur animus, premor dolore 328.
Insigne sidus claruit 62.
Inter patres monastici 62.
Inuentor rutili dux boni luminis 580.
In vasta solitudine 153.

Jam divini succensum amoris ignem sentis 324.
Jam lucis orto sidere 61.
Jesu cordis gaudium, salue Jesu 339.
Jesu Saluator, Mundi amator, Tu es florum flos 339.
Jesu, vita viuentium 63.
Joannes, bone Pastor 387.
Jocundare ex nouella floris 159.
Jocundetur plebs fidelis 291.
Jucundemur et lætemur 62.
Jucundemur hodie fidelis coetus 62.
Joseph David filius clara stirpe natus 389.

Kyrie Deus creator, hominis pie plasmator 314.
Kyrie, Festum hodie omnium Sanctorum 313.
Kyrie, fons bonitatis Pater ingenite 312.
Kyrie, Jesu Christe, Corpus tuum tradidisti 313.

Kyrie, Kyrie eleizon, Deus Pater de coelis 314.
Kyrie, Magne Deus potentiæ 314.
Kyrie Patris Unigenite 311.
Kyrie, qui ascendisti ad Coelos hodie 312.
Kyrie Sanctorum lumen illustrator 311.
Kyrie, Surrexit Christus a morte 312.
Kyrie, Virginitatis amator inclyte 313.

Lætabundi jubilemus 62.
Lætabundus et canorus 61. 249.
Lætabundus Elisabeth decantat chorus 58.
Lætabundus exsuitet fidelis chorus harmonia 62.
Læta dies et votiva 62.
Lætare germania 59. 276.
Lætare pacis foedere 61.
Lætare pannonia 228.
Lætare Virgo Israel, qua natus est Emmanuel 324.
Læta stupet Thuringia 62.
Læte canat Simphonia 61.
Lantgrauia Thuringiæ 62.
Largum vesper, Rex Gloriæ, da nobis hodie 325.
Laudes dicat omnis ætas 61.
Laudes summi confessoris 62.
Laudibus Xristo 266.
Loquentibus in Purgatorio 385.
Lucesce Stellis amicta 385.
Lux mundi beatissima Maria 573.

Magdalena mortuo Jesu et sepulto 328.
Magnæ Deus potentiæ 63.
Magnum nomen Domini Emmanuel 324.
Maria in Urbem vadit 340.
Maria Mater Numinis. Aurora primi luminis! 385.
Maria Virgo Virginum, ora pro nobis Deum 385.
Martine confessor dei 51. 59. 271.
Martine iam consul poli 62.
Martine par apostolis 51. 57. 61.
Martine, præsul optime 61. 62.
Martini laudes incliti 62.
Martini præconium 62.
Martyr Adalberte summe venerandeque præsul 294.
Mater Sapientiæ, Rosa sine spina 362.
Matutino tempore Barbara Beata 409.
Miles miræ probitatis 62.
Miserorum pia adiutrix 374.
Mittit ad virginem non quemuis angelum 572.
Mittitur ad Virginem Dei fortitudo 318.

Nascente Christo Domino 325.
Natus ante secula Dei filius inuisibilis 573.
Nocte depulsa tua sol reducit 243.
Non indecoris tempora, Pannones 215.
Nos audi tua festa colentes 58.
Nouæ laudis attollamus 52. 60. 185.
Novo sacrata gaudio 159.
Novum sidus emicuit 51. 58. 59. 60. 61. 277.
Nunc cunctorum vox iucunda 59.

Nunc lætis patriæ laudibus insonent 244.

O ÆSTUANTIS animæ dulce delicium 324.
O Amoris Sacramentum, o doloris incrementum 357.
O Angeli, cito accurrite, Regique syderum applandite 324.
O Deus alme, nostris fave votis 63.
O Elizabeth regina 59. 63.
O felix animus Elisabethæ 410.
O Gloriosa, o speciosa, stella luminosa 376.
O gratiose Jesule, duro cubas in stramine 324.
O immarcescibilis rosa paradisi 168.
O Jesule, dulcedo cordium, Cupido mentium, tenellule 324.
O Jesule mi floscule, o mei pectoris animule 324.
O Martine sacer merito 62.
O mi dulcis Jesule, Pusio venuste, virginis puerperæ 324.
O mi dulcis Jesule Sponsule decore 324.
O! Mi pulcher floscule, dulcis Jesu 324.
O magnum Sacramentum, o Numinis testamentum 357.
O Maria Virgo pia, magna mortalium Patrona 385.
O præclara Adalberti 61.
O Præclara lucidaque Stella hodie exorta 334.
Omnipotens Deus fortis 583.
Omnipotens verax, solus genitor 583.
Omnis mundus jucundetur 325.
O Puer dilectissime, tu moues pectora 324.
Ordo sanctorum militum 61. 145.
O stellula, Maria fulgida, O Jesu Genitrix 385.

PANDITUR Coeli atrium 324.
Pange Christo die isto 63.
Pange lingua gloriosæ 63.
Pastor superno lumine dirigens 216.
Patris sapientia, Christus in agone 344.
Perspicua rutilat iam dies ista 62.
Planctus ante nescia, Planctu lassor auxia 363.
Plaude parens Pannonia 51. 58. 60.
Plaudite, collætamini, læti dum ad nos Angeli 326.
Plebs deuota jocundetur 59. 62.
Plebs deuota psallite 62.
Postquam hostem et inferna 349.
Presul Adalberte xristi cruoris aperte 293.
Promit vox Angelica 325.
Psallite senes, psallite iuvenes 325.
Psallite unigenito Christo Dei filio 325.
Puellulus nobis natus est, ex Virgine Maria 324.
Puer circumciditur, dulcis Jesu 332.
Puer natus in Betlehem: Unde gaudet Jerusalem 333.
Puer nobis nascitur de pura Virgine 325.
Pulset astra vox sublimis 62.

Quæ est ista gloriosa, tam decora 367.
Quæ lingua dignis laudibus euehat 190.
Quam pie sit recolendus 62.
Quem pastores laudauere 325.
Qui sole quouis fulgidior micas 242.
Quis te tenet in conclaui castitatis abditum 324.
Quod chorus vatum venerandus 574.
Quo me Deus amore, ultro complecteris 357.

Redemptor Orbis natus est, Maria virgo Mater est 324.
Regem regum collandemus 62.
Regnator orbis maxime, qui Duces 219.
Regis regum ciuis, aue 51. 57. 60. 61. 175.
Regnum emit, pro quo demit 61.
Resonemus pariter cum tripudiali, voces tonent per nubila 317.
Resonet in laudibus 325.
Resurgente Domino 345.
Rex Christe Martini decus 57. 58. 59. 61.
Rex Christe primogenite, O Agne Dei mystice 357.
Rex Christe tu mirificas 62.
Romana Quirinus stirpe procreatus 17.

Sacerdotem Christi Martinum 52. 57. 58. 59. 274.
Sacræ quis æquo carmine concinat 220.
Sacrum canamus: sanguinem 432.
Salutis exordium 304.
Salue benigne rex ladislæ 392.
Salue Custos Angele, Ciuis Paradysi 409.
Salue decus Virginum o Maria 385.
Salue festa dies toto uenerabilis euo 582.
Salue Jesu parvule 325.
Salue Mater misericordiæ, Mater Dei 386.
Salue mundi Domina Coelorum Regina 319.
Salue mundi salutare 70.
Salue Pater pauperum 391.
Salue porta perpetue lucis fulgida 572.
Salue, præsul præcipue 62.
Salue sancta Christi parens 385.
Salue Sancte Paule 61.
Salue venerabilis 62.
Salue virgo gloriosa 358.
Sancta Dei Genitrix, flos Virginitatis 386.
Sancta Messiæ Genitrix Maria 386.
Sanctissima, Sanctissima mater Dei 386.
Sanctus a quo sunt omnia 315.
Septem tuos dolores dum considero 363.
Servator æqui, nec sapientia 217. 221.
Stabat iuxta crucem Christi, Virgo Mater corde tristi 363.
Stabat iuxta xristi crucem 296.
Stella coeli exstirpauit 378.
Stella Jacob, Maria nascitur 370.

Stephano primo martyri cantemus 573.
Stirps regalis proles regis 60. 61. 246.
Super omnes una mitis 63.
Surgit de stirpe regia 63.
Surgit radix Jesse florum 18.
Surrexit Christus cum tropheo 348.
Surrexit Christus hodie. Alleluja 347.

Te honorant superi 303. Tellus ac ethera iubilant 579.
Te Martine, miles Christi 61.
Tempora florigero rutilant distincta sereno 582.
Tuba nostræ vocis elevetur 58. 60.
Tu qui es notitia doctus matutina 409.

Urbs beata hierusalem, dicta pacis visio 586.
Ut tuam pulcher stimulavit æstus 192.

Vale mundus, lusum satis 328.
Velut topazion ex Aethiopia 62.
Veneremur Virginem, salutis dulcedinem 386.
Veni Jesu, veni amor 338.
Venit lux in mundum 325.
Veni redemptor gentium: ostende partum virginis 573.
Veni spiritus consolator alme 295.
Veni Virgo Virginum, Ave Mater Christi 386.
Verbum caro factum est ex Virgine Maria 575.
Verbum caro terris degit 325.
Vernat gemma Martinus 62.
Virgo Dei Genitrix, quem totus non capit Orbis 386.
Virum admirabilem, novum jubar solis 409.
Vis tibi dicam Jesu mi 336.
Vita sanctorum decus angelorum 582.
Vitiorum scabie mundo sordescente 409.
Vitis palma exstas vere 61. 156.
Voce clara plebs exsulta 62.
Vos qui clericali toga vosmet induistis 71.

HYMNI HUNGARICI.

Atya Ur Istennek szerelmes Szent Fia 411.
Fel-támadt Christus ez napon, Alleluja 348.
Gyermekek vigadgyatok, nagy Eünepet tarcsatok 409.
Hatalmas Ur Isten, szerelmes Királyunk 403.
Idvez-légy Rósa, Szüzesség virága 382.
Joseff menybéli több szentek dicsősége 409.
Kaszás e' földön a' Halál 420.
Kisded gyermek siránkozik fekve szoros jászolban 331.

Magyar-Ország szép Nemes Csillaga 413.
Megi verte szent László királ a rút tatárokat 397.
Menynek, és földnek dicső Teremtője 398.
O deucheoseeges zenth iob keez 402.
Örüllyetek, vigadgyatok, Es nagy dolgon csudályatok 330.
Szent István Király Istennek szólgája 400.
Szent Márton, Magyarok fénye 408.
Szent Márton születék Magyarországban 409.
Szent Mártonnak ünnepnapja, ki Francziának főpapja 409.

HYMNI LATINO-HUNGARICI.

In dulci jubilo, Zengjen vig ének-szó 329.
Ite, ite benedicti in viam pacis, Mennyetek el o áldottak. A' békességnek úttyára 316.

M. N. MÚZEUM KÖNYV-TÁRA

AUXILIANTE DEO OMNIPOTENTI ET DOMINO NOSTRO JESU CHRISTO VETUS HYMNARIUM ECCLESIASTICUM HUNGARIAE CUM ADDITIONIBUS OPPORTUNIS IN CALCE AD LAUDEM ET GLORIAM EIUSDEM DEI ET DOMINI NOSTRI JESU CHRISTI BEATISSIMAE SEMPER VIRGINIS MARIAE ATQUE S. S. PATRONORUM INCLITI REGNI HUNGARIAE IN PRINCIPE URBE BUDAPESTINENSI ARTE CHALCOTYPA IN AEDIBUS FRANKLINIANIS DESCRIPTUM EXPLICIT. ANNO AB INCARNATIONE DOMINICA MDCCCXCIII. DUODECIMO KALENDAS FEBRUARII.

Országos Széchényi Könyvtár

OSZK
Országos Széchényi Könyvtár